DE INTERESSE, AD L. UN. C. DE SENT. QUAE PRO EO QUOD INTEREST &C

Michael Friedrich Lederer, Johann Leonhard Preyssing

Digitized by Google

tu
ra
pr
ac
ſp
da
ſti
hc
ne
nu
eju
ac
ru
na
po
mu
ge
pri
qv
Ur
ità
rem

Ba
Staatsbiblio
München

I. N. J.

QVanta ſit varietas uſus inſtrumentorum vitæ, qvibus noſtram indigentiam ſatagimus explere, qvotidianâ edocemur experientiâ. Nonnulla enim eorum deprehendimus, qvæ præter uſum proprium, & communem fructum etiam habent, tum propriè dictum, tum etiam acceſsionem; ſive naturaliter, ſive per artem, ſive forte fortunâ. Alia itidem pro diverſitate temporum, locorum etiam, aliorumqve accidentium dijudicanda veniunt, qvorum omnium reſpectu, tū lucrum acqvirentium & commutantium, tum damnum & detrimentum augeri infinitis modis manifeſtiſſimum eſt. Alia demum ratione etiam diverſorum hominum diſtinctiſsimum præbent uſum; cujus ratione diverſis hominum generibus majus vel minus damnum infligi apertiſſimum eſt. Sanè Studioſo aliisqve ejus ſortis hominibus, libri longè aliô modô æſtimantur ac ruſtico: Rurſus huic ligo, raſtrum & alia inſtrumenta ruſtica, qvam noſtro ordini. Præterea inter nos ipſos una eademqve æſtimatio librorum locum habere non poteſt. Codicis enim qvem recens è bibliopolio promimus, haud eſt id pretii, qvô æſtimamus eum, qvem diu legendo familiarē nobis reddidimꝰ, multis ſubinde adſcriptis & notatis, qvæ nobis qvidem inſignem uſum, reliqvis vel nullum, imò impedimentum præbere poſſunt. Ut verò in his paucis rem ſe habere, apertiſſimè conſtat; ità ſi de aliis, qvorum infinita eſt multitudo, idem diceremus eſſe judicium, à vero ne qvidqvam abierimus.

 Propter

Ba
Staatsbibliot
München

I. N. J.

QVanta ſit varietas uſus inſtrumentorum vitæ,qvibus noſtram indigentiam ſatagimus explere,qvotidianâ edocemur experientiâ. Nonnulla enim eorum deprehendimus, qvæ præter uſum proprium, &communem fructum etiam habent, tum propriè dictum, tum etiam acceſsionem ; ſive naturaliter, ſive per artem , ſive forte fortunâ. Alia itidem pro diverſitate temporum, locorum etiam, aliorumqve accidentium dijudicanda veniunt,qvorum omnium reſpectu,tũ lucrum acqvirentium & commutantium, tum damnum & detrimentum augeri infinitis modis manifeſtiſſimum eſt. Alia demum ratione etiam diverſorum hominum diſtinctiſsimum præbent uſum ; cujus ratione diverſis hominum generibus majus vel minus damnum infligi apertiſſimum eſt. Sanè Studioſo aliisqve ejus ſortis hominibus, libri longè aliô modô æſtimantur ac ruſtico: Rurſus huic ligo, raſtrum & alia inſtrumenta ruſtica,qvam noſtro ordini. Præterea inter nos ipſos una eademqve æſtimatio librorum locum habere non poteſt. Codicis enim qvem recens è bibliopolio promimus,haud eſt id pretii,qvô æſtimamus eum, qvem diu legendo familiarẽ nobis reddidim9,multis ſubinde adſcriptis & notatis,qvæ nobis qvidem inſignem uſum, reliqvis vel nullum, imò impedimentum præbere poſſunt. Ut verò in his paucis rem ſe habere, apertiſſimè conſtat ; ità ſi de aliis, qvorum infinita eſt multitudo, idem diceremus eſſe judicium , à vero ne qvidqvam abierimus.

 Propter

Propter hanc ergò inſtrumentorum eorumqvè uſus ratione utentium, temporis, loci &c. diverſitatem, exſtruxêre noſtri *Intereſſe*(ita loqvi liceat) qvod Reo obiicere poſſe eum, qvi in Contractu vel alio aliqvo negotio, aut ex deliberato animo aut neglectu qvodam, vel cunctabundâ ſocordiâ ignorantiâqve illius, læſus fuit, æqvum juſtumqve viſum eſt. Hæc autem ſpinoſa ſatis *Intereſſe* materia, cum neceſsitatem maximâ cum utilitate conjunctã propter freqventiſsimũ ej9 in foro uſum, in ſe cõtineat, præ reliqvis mihi digna fuit viſa, qvæ diligentiori animi trutinâ examinata, diſqviſitioni publicæ ſubiiceretur. Ingenuè qvidem fateor, hanc ſublimem materiam ab ingenio meo primitùs non eſſe excultam, optimè enim conſtat.

Qvid valeant humeri noſtri, qvid ferre recuſent! Sciat tamen B.L. me hoc ſaltem anniſſum eſſe, ut qvæ de hac materia apud Dd. hinc indè ſparſa delibârim, in hanc diſputationem collata certò ordine ſub titulo Exercitii Academici ſaltim ad diſputandum proponerem. Age ergo à qvo omnis Salus, æterne Deus, & hiſce Conatibus ex alto benedicere clementer dignare!

THESIS I.

RErum qvidem potiorem, nominum tamen priorem eſſe habendam rationem, tritiſſimum eſt axioma: Cum juxta *Donell. Comm. Jur. Civ. c.3.* rem definire non poſſimus, niſi ſignificatione verbi diſtinctâ, qvod & ſemper obſervarunt Jurisconſulti ſummi, ceu exemplô ſuò comprobant *Ulp. l.1. in pr. dd. d. J. & J. Paul. l.2 §.2. d. R. C. Sac. Imp. Juſtin. §.2. J. d. Tut. & pr. J. d. Teſt. Ordin. &c.* Parili modò ab inſtituto noſtro haud alienum fore putamus, ſi iſtorum veſtigia legentes, notationem nominis hujus vocis *intereſſe* præmittendo, ex eaq;

vim

vim vocis eruendo intrinſecam, hujus rei receſſus aliqvatenùs patefaciamus. In natales qvidem hujus vocis *intereſſe* facilè penetrare licet. An autem latinè dicatur *intereſſe* pro *ſubſtantivo*, non multum refert, & id qvidem exiſtimant *Fumæus & Coraſ. 1. Miſcell. 20, Forcat. Dial: 41. in pr.* qvos ſeqvitur *Tr. Vol. 2. D. 23. th.* 41. *lit. B.* ibiq; *Hun.* ex eo, qvod dicitur latinè, *tuum ſcire, tuum vivere, ſuum velle &c: Fulgoſ.* tamen *Alciat.* & alii, qvos adducit & ſeqvitur *Bacb: ad d. l. Tr.* hanc dictionem *intereſſe nominaliter & ſubſtantivè* poſitam, impuram ineptam & barbaram autumant. Sed cum apud JCtos receptum ſit, ut pro eo, *qvod intereſt*, *intereſſe* dicant, non usq; adeò ſuperſtitioſi eſſe debemus, ut & hoc vocabulò uti cum Interpp. addubitemus, licet verbum hoc *Intereſſe* eo modo ac ſenſu, qvo vulgò utimur, in jure noſtro vix uſurpetur juxta *Alc. in lib. de eo qvod intereſt. Donell. in Comm. ad l. un. C. d. ſent. qvæ pro eo qvod inter eſt &c. c. 2. Oeſten. in Tr. d. eo qvod intereſt c. 1. n.* 1. & alii qvos allegat *Hunn. d. l.*

II. De illo autem dubium non eſt qvin, in *LL.* etiam noſtris *Intereſſe verbaliter* utatur, & more aliorum vocabulorum, qvæ raro in nativa ſua ſignificatione adqvieſcunt, ſed ad res varias ſignificandas transferuntur, variè uſurpari ſoleat. Primò enim accipitur ita, ut idem ſit, qvod *diverſum vel oppoſitum ſ. differentiam eſſe*: ut in *l. 33. dd. d. uſur. l. 57. in pr. dd. d. Contr. empt. l. 34. d. V. O. l.* 214. *d. V. S. l.* 122. *dd. d. R. J.* Sed hanc vocabuli acceptionem cognatam noſtræ intentioni planè non agnoſcimus. Deindè paulò elegantius *Intereſſe* ponitur pro eo, *qvod pertinet ad utilitatem* vel *publicam ſ. totius Reipubl.* ſic ex *l. 65. §. 11. d. adm. tut*: probatur, totius publicæ rei intereſſe, *debere ſc. rerum judicatarum autoritatem ſervari, vel feminis dotes ſalvas conſervari*: ut habemus

bemus in lege Spartan. Lycurgi divino adinventa genio, has enim non perire publicè intereſt *p. l. 1. dd. Sol. mat.* cùm dotatas eſſe feminas *ad ſobolem procreandam, & replendam liberis Civitatem maximè neceſſarium eſſe Pomponius JCtus ait.* Et in hac ſignificatione illud vocabulum etiam adhibetur in *l.65. §. 2. dd. ad SCtum Trebell. l.18. dd. d. reb. aut. jud. poſſ. l.1. §.1. d. Incend. Ruin. &c.* Vel *privatam alicujus p. l.7. dd. d. ſerv. export. l.71. dd. d. Evict. l. pen. § f. dd. ne qvis cum eo qvi in jus voc. cum ſimil.*

III. In hac autem acceptione, qvâ ſc. *utilitatem* denotat alicujus privati, rurſus duplicem habet ſignificationem: primò enim hoc dicitur *largè & indefinitè*, ut complectatur & rem principalem omnemqvè cauſam & acceſsionem, ſive productã ex re, ſive extrinſecùs emergentem, qvô generali modò variis in locis adductis accipitur, pro eo qvod utile eſt. Secundò *ſpecialiter & reſpectivè* ad differentiam rei ſ. debiti principalis, ſc. *pro acceſſione extrinſeca ob damnum acceptum & lucrum amiſſum*, ſive pro eo *qvod extrinſecus accedit in damno emergente & lucro ceſſante*, nec tantùm rem ipſam principalem, ſed etiam æſtimationem eius excludit. Et hæc ſignificatio ſpecialior in jure noſtro freqventior eſt & habetur in *l. 1. l.11. §. 9. dd. d. act. empt. l. 27. pr. dd. d. furt. &c.* Unde recte iufert *Molin. Tr. d. eo qvod intereſt*; remittentes damna & *Intereſſe* non cenſeri remittere rem ipſam principalem. Qvâ in ſignificatione ſumptô vocabulô *Intereſſe* nobis in conſiderationem venit. Pro *Synonymis eius* à nonnullis venditantur *Poena* atqve *Vſuræ*, qvæ tamen longè ab *eo qvod intereſt* differunt, ut ex infra dictis conſtabit.

IV. Excuſsis nunc iis qvæ ad onomatologiam ſpectant, realis perpendenda venit Definitio, de qva ex jã dictis facilli-

cilli-

ciſſimè conſtare poterit. Non laboramus autem penuria Definitionum, ſi fortè promptuario aliqvo opus foret, poſſet ex *Tuſchi Cardinalis* mente eſſe *alicujus utilitatis non habitæ æſtimatio, propter ceſſationem injuſtam*: abſolutius nominato *Intereſſe damnum emergens & lucrum ceſſans*. Sic *Brunem.* ad *d. l. un. C.* ait, eſſe *utilitatem juſtam, qvæ nobis abeſt, qvam habere potuiſſemus, ſi damnum datum non eſſet, aut lucrum non eſſet interceptum.* Deberemus jam qvidem eſſe prolixi circa ipſa particularia vel rerum ſpicilegia, in malè audiremus *Laur. Vallæ. 6. elegant. c. 36.* dum ipſe malè agitat JCtos in deſcriptione teſtamenti, nec non prolixè illos arguit craſſæ cujusdam ignorantiæ, qvaſi hæſitaverint in definitionibus logicis dandis: ſit ita, neqve eò corruet ipſa juris ſubſtantia, & dari vix ſemper poſſit tam accurata in jure noſtro definitio p. l. 202. *dd. d. R. J.* vel minimè curandum qvod propoſuit eloqventiſſimus *M. Tull. lib. 1. d. Orat.* & *lib. 1. d. LL.* non eſſe cum fructu ſcientiam juris, qvæ circa ſtillicidia vel parietes ſit difficilis, hosqve ſolos legulejos qvi negligant nobiliorem ejus partem. Harum ergo in definitionum explanatione, cum ex infra poſitis ſatis emerſerit, opus non eſt, ut diu immoremur. Pergendum potius nobis erit ad diviſiones *ejus qvod Intereſt* vulgares & freqventiſſimas.

V. Dilucidius enim per diviſionem apparere illud qvod tractandum ſibi qvisqvam ſumit, prudentiſſimè ſcivit *Rom. Pontif. in cap. 2. Ext. d. Reſcipt.* Et qvæ diſtinguntur facilius percipi ſolere non latuit Paulum, nec Accurſ. in *l. 1. dd. d. dol. except.* E contra verò non aliundè obſcuritas oritur, niſi ex conturbata & indiſtincta tractatione. Primò autem hic ſeſe offert communis illa Dd. Diſtinctio, qvâ *id qvod intereſt* diſpeſcitur in *commu-*

mu-

mune, Conventum & *Singulare*. De harum autem ſpecierum explicatione, ut apparet ex *Bald. & Sal. ad d. l. un. C. in pr. Cyn. ibid. n. 13.* inter Dd. non ſatis convenit. Communiter tamen primum ordine vocant, *qvod ex communi valore rei, ſeu ex utilitate & æſtimatione hominum communi ducitur.* Altera ordinis ſpecies Doctoribus dicitur, *qvoties aliqva res plus valet uni qvam aliis omnibus, propter qvalitatem aliqvam inhærentem, qvæ non eſt transmiſſibilis ad alios.* Hoc iterum duplex faciunt *Sal. in d. l. un. C. n. 8. Cyn. ibid. n. 14. & e. c. Affectionis tantùm* & *Affectionis ac Utilitatis ſimul*: Illud dicunt, *in qvo de nulla agitur utilitate præter valorem rei, ſed de qvadam affectione:* Hoc volunt, *qvod præter affectionem & communem rei valorem etiam utilitatem continet.* Prioris generis *Intereſſe*, qvod *affectionis ſimplicis Intereſſe* appellatur, exempla proponunt ipſi Dd. citati *Cyn. & Salicet.* aliiqve in *l. 36. dd. d. bon. lib. l. 7. dd. d. ſerv. export.* Poſterioris ſpeciei exempla ponunt in libro, qvem habet Studioſus, valentem communi æſtimatione 1. flor. ſed qvia longo tempore in eo legit & bonas appoſtillas manu propriâ ſcribendo adjecit atqve in eo localis, non venderet eum 12. flor. hoc dicitur iis *Intereſſe ſingulare* propter illam qvalitatem qvæ Studioſo competit, non aliis. Deniqvè *Conventum Intereſſe* vocatur *de cujus qvantitate inter partes conventum fuit, ac* proprie *Pœna* dicitur.

VI. Hanc autem diviſionem reiiciunt *Donell. in Tr. de eo qvod intereſt c. 3. Alciat de eo qvod inter. §. qværo Joh. Oeſten. in d. Tr. c. 2. n. 8. & ſeq. Æmyl. Ferret. d. l. un. C. n. 18.* & *ſeq.* & ibid. *Molin. n.* 11. ſtatuentes, Unum eſſe revera genus *eius qvod intereſt* & verba illa ac terminos *Intereſſe commune, ſingulare, Conventum*, eſſe plane inaudita veteribus JCtis & à qvibusdam Interpretibus Juris demum

exco-

excogitata & adinventa. Nec enim *Intereſſe communis ſingularis conventi* ullam fieri mentionem in LL. noſtris. *vid. Hun. ad Tr. d.D. 23. tb. 4. lit. B.* Qvare & nos hanc diviſionem, utut magni nominis Viris probata ſit, à *Bachov.* imprimis *d.l.* & ab aliis communiter recepta, cum tamen ad veritatem juris Civilis examinata ſubſiſtere vix poterit, ex ſent. ante Cit. Aut. reiicimus.

VII. Præter hanc, reſtat ad huc alia, qvam Dd. ſuppeditant *ejus qvod intereſt* in *Extrinſecum* & *intrinſecum* Subdiviſio, qvorum membrorum explicationem etiam accenſebimus, deinde oſtenſuri, qvid veri falſiq; contineant. *Intrinſecum* ergo dicunt *communem æſtimationē ejus qvod præſtari debet vigore obligationis initæ inter partes. Extrinſecum*, *qvod ex re, de qva agitur, provenit, prout eſt augmentum rei & æſtimatio qvanti plurimi, vel fructus ex re, qvi omnibus debentur. Jaſ. in l. 3. dd. d. in lit. jur. n. 3.* Sed qvicqvid dicant illi qvi hanc diviſionem admittunt, vix certô poſſunt conſiſtere fundamentô, novam planè vocem & diſtinctionem fingentes, qvæ prorſus etiam nec ex jure, neqve *d. l. un. C.* intellectu, dici poteſt, vel ſi poſsit, minus ad ejus explicationem conduceret, ut ait *Alciat. d. Tr.* & ante eum *Fulgos. in l.* 1. *pr. col. 1. dd. d. Act. Empt.* maximè cum etiam contra mentem juris agat, qvia rectè jura penſando, non attenditur, an aliqvod *intereſſe* ſit intra rem per clar. text. *in l. 21. §. 3. dd. d. Act. Empt.* Qvæc, autem utilitas propriè circa rem conſiſtere dicitur, ea extrinſecus venit. Eam ipſam etiam reiicit *Althuſ.* in ſua Dicæolog. *lib. 1. c. 34. n. 62.* Tandem Gloſſa alias in Schemate ad *d. l. un.* ſubiicit *43.* Species *ejꝰ qvod intereſt, æſtimabile* & *inæſtimabile, petibile, conventum, certum* & *incertum, mutationis fori* & *perſonæ, ultionis* & *bonorū &c.* qvas vid. ibid. Sed qvam malè hæc omnia dicantur, oſtendere, nunc non licet.

IIX. Interim etiam cum alleg. Autor. nullam planè diviſionem *eius qvod intereſt* ponere, qvam earum aliqvam arripere, qvid vetat. Sit itaqve *Intereſſe* unicum, qvia non niſi *ſpecialiter intereſt*, ut tamen id non ex ſpeciali & tenera nimis opinione petentis, ex qva nemo locupletior, imaginariaqvè affectione, ſed ex rei veritate ponderetur, qvatenus nobis *pecnniariter* à noſtro patrimonio ſeu revera, non opinione noſtra ab eſt *l.15.§.7. dd. qvod vi aut. clam. l. 13. dd. rem. rat. hab. l. 13. l.19. dd. ad exhib.* Atqvi hactenus explicata ea ſunt qvæ ad *definitionem* & *diviſiouem* pertinere videbantur.

IX. Nunc ad pleniorem eius intellectum, progredimur ad Cauſas *eius qvod intereſt*, & qvidē primò ad *Efficientem*, qvo pernoſcamus, unde illud deſcendat: eam autem ſecundum mentem Philoſophorum duplicem facimus, *Remotam* ſc. & *Proximam: illam* dicimus eſſe *Injuriam* i. e. *moram, culpam*, *dolum* & *contumaciam* alterius ſc. debitoris vel rei. Et qvidem qvod *moram* attinet, effectū ejus ratione debitoris eſſe, præſtationē *ejus*, qvod actoris *intereſt*, inducere, affirmat. *l.8. dd. de eo qvod certo loc.* qvando verò committatur eadem ex interpellatione, id definiri penitus neqvit; eoqvè nec definitioni juris, ſed meræ cogitationi jndiciariæ ſubjectum intelligitur. De *culpa* debitoris vel rei etiam conſtat, qvod damnum ac *Intereſſe*, per eam contingens, ille refundere teneatur per *l. 9. §.3. l.11. §.1. & 2. l.43. l.55. §. ult. dd. Locati.* De *dolo* minus dubium *eſt per l.33. & 79. dd. d. R. J.* cujus hanc ſummam eſſe aſſerit *Joh. à Sande in d. l. 79. fraudatorium edictum non ideo ceſſare, qvod res ipſa penes actorem ſit, aut penes adverſarium non ſit, neqve dolo eſſe deſierit, ſi non & omne emolumentum qvod ex reperceptum eſt, vel ab optimo patref. percipi potuit, qvodqve actori per adverſarium* in-

interceptum eſt, *reſtituatur*. *De contumacia* autem rei, ex his qvæ jam diximus, res clara eſt.

X. Cauſam efficientem *proximam Dd. faciunt, damnum datum & lucrura interceptum l. 23. pr. l. 34. ſeq. dd. ad L. Aqvil.* Nam ut qvid noſtra *interſit*, hinc pendet, ſi qvid amiſimus ob id qvod factum non eſt, qvod fieri debuit; aut ſi qvid lucrari potuimus, ſi factum eſſet, qvod promiſſum eſt, qvod, qvia factum non eſt, lucrati non ſumus. In eo ergo qvod *intereſt* æſtimando non *damni* tantum, verum etiam *lucri* ratio habetur. Ideò etiam Imper. Juſt. *d. l. un. C.* inqvit: *& ex lucro veteres* (puta *Labeonem Julianum l. 2. §. ult. de eò qvod certo loco l. 11. ad SCt. Trebell. Affrican. l. 33. Locati. Paulum d. l. 23. ad L. Aqvil. &c.*) *id qvod intereſt ſtatuerunt* id eſt *definiuerunt intereſſe omnem utilitatem qva nobis revera abeſt*. Atqvi utile nobis aliqvid eſt duobꝰ modis: primùm, ſi nihil decedat de noſtro: tùm, ſi, qvod licitè & verè lucrari potuimus, nobis accedat, *Donell. in d. Tr. c. 10. pr.*

XI. Unde igitur nata dubitatio, an ex lucro vero ceſſante cauſetur etiam *Intereſſe*? ex eo fortè, qvod JCti alibi 1. latam inter damnum & lucrum conſtituunt differentiam *l. 26. dd. d. dam. infect.* & 2. præciſè & contradictoriè negant eius *interreſſe*, qvi lucrum facturus ſit; nam qvidam ſunt loci, qvibus lucrum ab *eo qvod intereſt* diſſertè removetur ut in *l. 21. §. 3. d. Act. Empt. l. ult. dd. d. peric. & com. rei vend. l. 26. dd. d. damn. inf. l. 1. §. 21. dd. d. aq. pluv. arc. l. 71. §. 1. dd. d. furt.* Qvid igitur ad haſce inſtantias reſpondemus? Nimirum, Imperatorem vocem *lucri d. l. un.* ſtrictius accipere, & intelligere lucrum 1. revera impeditum qvod juſtè ac ſine alterius injuria, (Secus ſi cum præjudicio alterius ut in *d. l. 71. & d. l. 26.*) & qvidem 2. ex re amiſſa ſola, non etiam aliunde (facit *d. l. 21. §. 3. dd. d. Act.*

Empt. percipi poteſt. Siqvidem de *lucro* incerto, ſperato, apparente, & eo qvod aliunde conſeqvi qvis poterat, dici non poteſt, ob factum adverſarii ſolum utilitatem alteri interceptam eſſe *Umm. diſp. 21. d. Proceſſ. n. 68. Donn. 26. Comm. 22.* & alii qvos adducit *Tab. Tr. de alt. tant. Uſur. p. 3. art. 13. §. 20.*

XII. Duo igitur hic reqvirimus (1.) ut haberi omnino certò potuerit, vel penè certum, ſic ut potentia propinqva ſit, qvoniam nihil diſtant, qvæ parum diſtare videntur; (2.) ut potuerit ex eo ſolo, qvod præſtandum erat, haberi, non aliunde, ac proinde duas hic utilitates excludimus: 1. ſi qvid habere ex re petitor potuit, ſed ita, ut etiam potuerit non habere 2. ſi qvid habere potuit certò qvidem ſed nō minus aliunde, qvam ex eo, qvod debebatur. Exemplis res plana fiet. Retia piſcatornm, qvæ capiendorum piſcium gratia in flumine poſuerant, culpâ alicujus fracta ſunt: placet duntaxat retium æſtimationem fieri, non ſimul piſcium etiam qvia planè & ſimpliciter incertum fuit, an caperentur *l. 29. §. 3. dd. ad L. Aqvil.* Tale ergò lucrum incertū peti, juſtum non erit eò, qvod *id qvod intereſt* non debeat *ex qvibusdam machinationib9 & immodicis perverſionibus in circuitus inextricabiles redigi: ne, dum in infinitum computatio inducitur, pro ſua impoſſibilitate cadat. d. l. un. C. d. l. 26. l. 176. dd. d. R. J. Carpz. p. 3. conſt. 7. def. 15. n. 9. conferantur l. 29. §. 3. circa fin. dd. ad. l. Aqvil. l. 11. dd. d. hered. vel action. vend. l. 12. dd. d. act. empt. l. 8. in. f. d. cont. empt* Atq; hoc ad res omnes eiusdem generis transferri licet, puta ad venationem & aucupium &c. Sic ſi vinum frumentum &c. venditum eſt nec traditum: non eſt æſtimandum qvod his rebus traditis emptor fortè negotiari potuit & lucrum facere: qvoniā hæc utilitas non ex re, ſed propter negotiationem percipitur: nempe ex

opera

opera & induſtria mercatoris, qvi occaſione oblatâ uti voluit. *d.l.21.§.3. & d.l.ult. d per. & com. rei vend.* Neq; tamen idem putamus eſſe, ex corpore rei naſci, & circa rem conſiſtere: ſed circa rem conſiſtere, omnem utilitatem intelligimus, qvam res ipſa ſecum fert, ſibiqve adjunctam habet, licet extrinſecus veniat. Ex re enim non naſcitur merces, nec pretium ex re vendita, qvorum tamen utilitatem maximè circa rem conſiſtere convenit. Exempla de damno circa rem in *l.22. & ſeq.§.3. dd. ad L. Aqvil. l.28. dd. d. damn. inf.* habentur. Circa rem autem non conſiſtit, qvod vel certò habere petitor non potuit, vel non minus aliundè habere, qvam ex eo, qvod debebatur, veluti ſi frumentô aut vinô venditô & non traditô emptor potuit negotiori & lucrum facere: & ideo hoc non conſideratur.

XIII. Occurritur qvidem nobis ex *Ulpiano*, qvi contra qvam *Paulus* in *d.l.12.§.3.* etiam ejus utilitatis, qvæ rei propria non eſt, nec circa rem conſiſtit, rationem habendam eſſe tradit, non in damno ſolùm, ſed etiam in lucro, prolatis iisdem exemplis qvibus & Paulus utitur. Locus *Ulpiani* eſt in *l. 2.§.ult. dd. de eo qvod certo loco.* qvi locus usqve adeò turbavit *Alciat.* ut contra omnes ferè (qvanqvam temerè & perperam) ſtatuerit, habendam eſſe rationem omnis utilitatis, qvam actor conſeqvi potuit, etiamſi ea circa rem non conſiſtat, præterqvam in venditione, idqve ſine diſtinctione rerũ, aut adjectionis loci aliusqvè circumſtantiæ. Verùm hos locos benè conciliare poſſumus, ſi dicemus, nunqvam eam utilitatem, qvæ ex re non eſt, ſeu qvæ eôdem modò aliundè percipi poteſt æſtimandam eſſe, niſi apparet in contrahendo ejus qvoq; habitam eſſe rationem: qvod ſi contingat, conventionem ſervandam eſſe. De ſolo autem tali caſu loqvitur



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Diss. 77 ...

Pert

IN

L.un.

NOBILI

DN. I

JCti & A
rimi,Cu

DN. P

JOHAN

In Offi

Digitized by Google

Diss. 2218/11

Cum Deo!

Permiſſu Magnifici JCtorum Ordinis,

De

INTERESSE,

AD

L. un. C. de ſent. qvæ pro eo qvod intereſt &c.

SUB PRÆSIDIO

VIRI

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI ATQVE EXCELLENTISSIMI,

DN. MICHAELIS FRIDERICI LEDERERI,

JCti & Anteceſſoris in hac Alma Leucorea celeberrimi, Curiæ Electoralis, Scabinatus & Facultatis Juridicæ Aſſeſſoris Graviſſimi,

DN. Patroni & Studiorum ſuorum Promotoris omni honoris & obſervantiæ cultu ætatem ſuſpiciendi,

Ad d. 24. Aprilis, M. DC. LXIX.

In Auditorio JCtorum

Horis matutinis

diſputabit

AUTOR

JOHANNES LEONHARDUS PREYSSING,

Barutho - Fr.

WITTEBERGÆ,

In Officinâ Fincelianâ excudebat Michaël Meyer.

G

Bayerisc
Staatsbibliothek
München

I. N. J.

QVanta ſit varietas uſus inſtrumentorum vitæ,qvibus noſtram indigentiam ſatagimus explere,qvotidianâ edocemur experientiâ. Nonnulla enim eorum deprehendimus, qvæ præter uſum proprium, & communem fructum etiam habent, tum propriè dictum, tum etiam acceſsionem; ſive naturaliter, ſive per artem, ſive forte fortunâ. Alia itidem pro diverſitate temporum, locorum etiam, aliorumqve accidentium dijudicanda veniunt,qvorum omnium reſpectu,tū lucrum acqvirentium & commutantium, tum damnum & detrimentum augeri infinitis modis manifeſtiſſimum eſt. Alia demum ratione etiam diverſorum hominum diſtinctiſsimum præbent uſum; cujus ratione diverſis hominum generibus majus vel minus damnum infligi apertiſſimum eſt. Sanè Studioſo aliisqve ejus ſortis hominibus, libri longè aliô modô æſtimantur ac ruſtico: Rurſus huic ligo, raſtrum & alia inſtrumenta ruſtica,qvam noſtro ordini. Prætereà inter nos ipſos una eademqve æſtimatio librorum locum habere non poteſt. Codicis enim qvem recens è bibliopolio promimus,haud eſt id pretii,qvò æſtimamus eum, qvem diu legendo familiarē nobis reddidimꝰ,multis ſubinde adſcriptis & notatis,qvæ nobis qvidem inſignem uſum, reliqvis vel nullum, imò impedimentum præbere poſſunt. Ut verò in his paucis rem ſe habere, apertiſſimè conſtat; ità ſi de aliis, qvorum infinita eſt multitudo, idem diceremus eſſe judicium, à vero ne qvidqvam abierimus.

 Propter

Propter hanc ergò inſtrumentorum eorumqvè uſus ratione utentium, temporis, loci &c. diverſitatem, exſtruxêre noſtri *Intereſſe*(ita loqvi liceat) qvod Reo obiicere poſſe eum, qvi in Contractu vel alio aliqvo negotio, aut ex deliberato animo aut neglectu qvodam, vel cunctabundâ ſocordiâ ignorantiâqve illius, læſus fuit, æqvum, juſtumqve viſum eſt. Hæc autem ſpinoſa ſatis *Intereſſe* materia, cum neceſsitatem maximâ cum utilitate conjunctã propter freqventiſsimũ ejꝰ in foro uſum, in ſe cõtineat, præ reliqvis mihi digna fuit viſa, qvæ diligentiori animi trutinâ examinata, diſqviſitioni publicæ ſubiiceretur. Ingenuè qvidem fateor, hanc ſublimem materiam ab ingenio meo primitùs non eſſe excultam, optimè enim conſtat.

Qvid valeant humeri noſtri, qvid ferre recuſent! Sciat tamen B. L. me hoc ſaltem anniſſum eſſe, ut qvæ de hac materia apud Dd. hinc indè ſparſa delibârim, in hanc diſputationem collata certò ordine ſub titulo Exercitii Academici ſaltim ad diſputandum proponerem. Age ergo à qvo omnis Salus, æterne DEUS, & hiſce Conatibus ex alto benedicere clementer dignare!

THESIS I.

RErum qvidem potiorem, nominum tamen priorem eſſe habendam rationem, tritiſſimum eſt axioma: Cum juxta *Donell. Comm. Jur. Civ. c.3.* rem definire non poſſimus, niſi ſignificatione verbi diſtinctâ, qvod & ſemper obſervarunt Jurisconſulti ſummi, ceu exemplô ſuô comprobant *Ulp. l.1. in pr. dd. d. J. & J. Paul. l.2 §.2. d. R. C. Sac. Imp. Juſtin. §.2. J. d. Tut. & pr. J. d. Teſt. Ordin. &c.* Parili modò ab inſtituto noſtro haud alienum fore putamus, ſi iſtorum veſtigia legentes, notationem nominis hujus vocis *intereſſe* præmittendo, ex eaq;

vim

vim vocis eruendo intrinſecam, hujus rei receſſus aliqvatenùs patefaciamus. In natales qvidem hujus vocis *intereſſe* facilè penetrare licet. An autem latinè dicatur *intereſſe* pro *ſubſtantivo*, non multum refert, & id qvidem exiſtimant *Fumæus & Coraſ. 1. Miſcell. 20. Forcat. Dial: 41. in pr.* qvos ſeqvitur *Tr. Vol. 2. D. 23. th.* 41. *lit. B.* ibiq; *Hun.* ex eo, qvod dicitur latinè, *tuum ſcire, tuum vivere, ſuum velle &c: Fulgoſ.* tamen *Alciat.* & alii, qvos adducit & ſeqvitur *Bach: ad d. l. Tr.* hanc dictionem *intereſſe nominaliter & ſubſtantivè* poſitam, impuram ineptam & barbaram autumant. Sed cum apud JCtos receptum ſit, ut pro eo, *qvod intereſt*, *intereſſe* dicant, non usq; adeò ſuperſtitioſi eſſe debemus, ut & hoc vocabulò uti cum Interpp. addubitemus, licet verbum hoc *Intereſſe* eo modo ac ſenſu, qvo vulgò utimur, in jure noſtro vix uſurpetur juxta *Alc. in lib. de eo qvod intereſt. Donell. in Comm. ad l. un. C. d. ſent. qvæ pro eo qvod inter eſt &c. c. 2. Oeſten. in Tr. d. eo qvod intereſt c. 1. n.* 1. & alii qvos allegat *Hunn. d. l.*

II. De illo autem dubium non eſt qvin, in *LL.* etiam noſtris *Intereſſe verbaliter* utatur, & more aliorum vocabulorum, qvæ raròin nativa ſua ſignificatione adqvieſcunt, ſed ad res varias ſignificandas transferuntur, variè uſurpari ſoleat. Primò enim accipitur ita, ut idem ſit, qvod *diverſum vel oppoſitum ſ. differentiam eſſe:* ut in *l. 33. dd. d. uſur. l. 57. in pr. dd. d. Contr. empt. l. 34. d. V. O. l.* 214. *d. V. S. l.* 122. *dd. d. R. J.* Sed hanc vocabuli acceptionem cognatam noſtræ intentioni planè non agnoſcimus. Deindè paulò elegantius *Intereſſe* ponitur pro eo, *qvod pertinet ad utilitatem* vel *publicam ſ. totius Reipubl.* ſic ex *l. 65. §. 11. d. adm. tut:* probatur, totius publicæ rei intereſſe, *debere ſc. rerum judicatarum autoritatem ſervari, vel feminis dotes ſalvas conſervari:* ut habemus

bemus in lege Spartan. Lycurgi divino adinventa genio, has enim non perire publicè intereſt *p. l. 1. dd. Sol. mat.* cùm dotatas eſſe feminas *ad ſobolem procreandam, & replendam liberis Civitatem maximè neceſſarium eſſe Pomponius JCtus ait.* Et in hac ſignificatione illud vocabulum etiam adhibetur in *l. 65. §. 2. dd. ad SCtum Trebell. l. 18. dd. d. reb. aut. jud. poſſ. l. 1. §. 1. d. Incend. Ruin. &c.* Vel *privatam alicujus p. l. 7. dd. d. ſerv. export. l. 71. dd. d. Evict. l. pen. § f. dd. ne qvis cum eo qvi in jus voc. cum ſimil.*

III. In hac autem acceptione, qvâ ſc. *utilitatem* denotat alicujus privati, rurſus duplicem habet ſignificationem: primò enim hoc dicitur *largè & indefinitè*, ut complectatur & rem principalem omnemqvè cauſam & acceſsionem, ſive productã ex re, ſive extrinſecùs emergentem, qvô generali modò variis in locis adductis accipitur, pro eo qvod utile eſt. Secundò *ſpecialiter & reſpectivè* ad differentiam rei ſ. debiti principalis, ſc. *pro acceſſione extrinſeca ob damnum acceptum & lucrum amiſſum*, ſive pro eo *qvod extrinſecus accedit in damno emergente & lucro ceſſante*, nec tantùm rem ipſam principalem, ſed etiam æſtimationem eius excludit. Et hæc ſignificatio ſpecialior in jure noſtro freqventior eſt & habetur in *l. 1. l. 11. §. 9. dd. d. act. empt. l. 27. pr. dd. d. furt. &c.* Unde recte iufert *Molin. Tr. d. eo qvod intereſt*; remittentes damna & *Intereſſe* non cenſeri remittere rem ipſam principalem. Qvâ in ſignificatione ſumptô vocabulô *Intereſſe* nobis in conſiderationem venit. Pro *Synonymis eius* à nonnullis venditantur *Poena* atqve *Vſura*, qvæ tamen longè ab *eo qvod intereſt* differunt, ut ex infra dictis conſtabit.

IV. Excuſsis nunc iis qvæ ad onomatologiam ſpectant, realis perpendenda venit Definitio, de qva ex jã dictis facilli-

ciſſimè conſtare poterit. Non laboramus autem penuria Definitionum, ſi fortè promptuario aliqvo opus foret, poſſet ex *Tuſchi Cardinalis* mente eſſe *alicujus utilitatis non habita aſtimatio, propter ceſſationem injuſtam*: abſolutius nominatò *Intereſſe damnum emergens & lucrum ceſſans*. Sic *Brunem.* ad *d. l. un. C.* ait, eſſe *utilitatem juſtam, qvæ nobis abeſt, qvam habere potuiſſemus, ſi damnum datum non eſſet, aut lucrum non eſſet interceptum*. Deberemus jam qvidem eſſe prolixi circa ipſa particularia vel rerum ſpicilegia, in malè audiremus *Laur. Valla. 6. elegant. c. 36.* dum ipſe malè agitat JCtos in deſcriptione teſtamenti, nec non prolixè illos arguit craſſæ cujusdam ignorantiæ, qvaſi hæſitaverint in definitionibus logicis dandis; ſit ita, neqve eò corruet ipſa juris ſubſtantia, & dari vix ſemper poſſit tam accurata in jure noſtro definitio p. l. 202. *dd. d. R. J.* vel minimè curandum qvod proponit eloqventiſſimus *M. Tull. lib. 1. d. Orat.* & *lib. 1. d. LL.* non eſſe cum fructu ſcientiam juris, qvæ circa ſtillicidia vel parietes ſit difficilis, hosqve ſolos legulejos qvi negligant nobiliorem ejus partem. Harum ergo in definitionum explanatione, cum ex infra poſitis ſatis emerſerit, opus non eſt, ut diu immoremur. Pergendum potius nobis erit ad diviſiones *ejus qvod Intereſt* vulgares & freqventiſſimas.

V. Dilucidius enim per diviſionem apparere illud qvod tractandum ſibi qvisqvam ſumit, prudentisſimè ſcivit *Rom. Pontif. in cap. 2. Ext. d. Reſcipt.* Et qvæ diſtinguntur facilius percipi ſolere non latuit Paulum, nec Accurſ. in *l. 1. dd. d. dol. except.* E contra verò non aliundè obſcuritas oritur, niſi ex conturbata & indiſtincta tractatione. Primò autem hic ſeſe offert communis illa Dd. Diſtinctio, qvâ *id qvod intereſt* diſpeſcitur in *communu-*

mune, Conventum & *Singulare*. De harum autem ſpecierum explicatione, ut apparet ex *Bald.* & *Sal.ad d.l. un.C. in pr. Cyn. ibid. n.13.* inter Dd. non ſatis convenit. Communiter tamen primum ordine vocant, *qvod ex communi valore rei, ſeu ex utilitate & æſtimatione hominum communi ducitur.* Altera ordinis ſpecies Doctoribus dicitur, *qvoties aliqva res plus valet uni qvam aliis omnibus, propter qvalitatem aliqvam inhærentem, qvæ non eſt transmiſſibilis ad alios.* Hoc iterum duplex faciunt *Sal. in d.l. un.C.n. 8. Cyn.ibid.n.14.* & *c.c. Affectionis tantùm* & *Affectionis ac Utilitatis ſimul*: Illud dicunt, *in qvo de nulla agitur utilitate præter valorem rei, ſed de qvadam affectione:* Hoc volunt, *qvod præter affectionem & communem rei valorem etiam utilitatem continet.* Prioris generis *Intereſſe*, qvod *affectionis ſimplicis Intereſſe* appellatur, exempla proponunt ipſi Dd. citati *Cyn.* & *Salicet.* aliiqve in *l.36.dd.d. bon.lib.l.7. dd.d.ſerv. export.* Poſterioris ſpeciei exempla ponunt in libro, qvem habet Studioſus, valentem communi æſtimatione 1. flor. ſed qvia longo tempore in eo legit & bonas appoſtillas manu propriâ ſcribendo adjecit atqve in eo localis, non venderet eum 12. flor. hoc dicitur iis *Intereſſe ſingulare* propter illam qvalitatem qvæ Studioſo competit, non aliis. Deniqvè *Conventum Intereſſe* vocatur *de cujus qvantitate inter partes conventum fuit, ac* proprie *Pœna* dicitur.

VI. Hanc autem diviſionem reiiciunt *Donell. in Tr. de eo qvod intereſt c.3. Alciat de eo qvod inter.§. qværo Joh. Oeſten. in d.Tr. c.2.n.8.* & *ſeq. Æmyl. Ferret. d.l.un. C.n.18.* & *ſeq.* & ibid. *Molin. n.11.* ſtatuentes, Unum eſſe revera genus *eius qvod intereſt* & verba illa ac terminos *Intereſſe commune, ſingulare, Conventum*, eſſe plane inaudita veteribus JCtis & à qvibusdam Interpretibus Juris demum

exco-

excogitata & adinventa. Nec enim *Intereſſe communis ſingularis conventi* ullam fieri mentionem in LL. noſtris. *vid. Hun. ad Tr. d.D. 23. th. 4. lit. B.* Qvare & nos hanc diviſionem, utut magni nominis Viris probata ſit, à *Bachov.* imprimis *d.l.* & ab aliis communiter recepta, cum tamen ad veritatem juris Civilis examinata ſubſiſtere vix poterit, ex ſent. ante Cit. Aut. reiicimus.

VII. Præter hanc, reſtat ad huc alia, qvam Dd. ſuppeditant *ejus qvod intereſt* in *Extrinſecum* & *intrinſecum* Subdiviſio, qvorum membrorum explicationem etiam accenſebimus, deinde oſtenſuri, qvid veri falſiq; contineant. *Intrinſecum* ergo dicunt *communem æſtimationē ejus qvod præſtari debet vigore obligationis initæ inter partes. Extrinſecum, qvod ex re, de qva agitur, provenit, prout eſt augmentum rei & æſtimatio qvanti plurimi, vel fructus ex re, qvi omnibus debentur. Jaſ. in l. 3. dd. d. in lit. jur. n. 3.* Sed qvicqvid dicant illi qvi hanc diviſionem admittunt, vix certò poſſunt conſiſtere fundamentô, novam planè vocem & diſtinctionem fingentes, qvæ prorſus etiam nec ex jure, neqve *d.l. un. C.* intellectu, dici poteſt, vel ſi poſsit, minus ad ejus explicationem conduceret, ut ait *Alciat. d. Tr.* & ante eum *Fulgos. in l. 1. pr. col. 1. dd. d. Act. Empt.* maximè cum etiam contra mentem juris agat, qvia rectè jura penſando, non attenditur, an aliqvod *intereſſe* ſit intra rem per clar. text. *in l. 21. §. 3. dd. d. Act. Empt.* Qvæc, autem utilitas propriè circa rem conſiſtere dicitur, ea extrinſecus venit. Eam ipſam etiam reiicit *Althuſ.* in ſua Dicæolog. *lib. 1. c. 34. n. 62.* Tandem Gloſſa alias in Schemate ad *d. l. un.* ſubiicit 43. Species *ejꝰ qvod intereſt, æſtimabile* & *inæſtimabile, petibile, conventum, certum* & *incertum, mutationis fori* & *perſonæ, ultionis* & *bonorū &c.* qvas vid. ibid. Sed qvam malè hæc omnia dicantur, oſtendere, nunc non licet.

IIX. Interim etiam cum alleg. Autor. nullam planè diviſionem *eius qvod intereſt* ponere, qvam earum aliqvam arripere, qvid vetat. Sit itaqve *Intereſſe* unicum, qvia non niſi *ſpecialiter intereſt*, ut tamen id non ex ſpeciali & tenera nimis opinione petentis, ex qva nemo locupletior, imaginariaqvè affectione, ſed ex rei veritate ponderetur, qvatenus nobis *pecuniariter* à noſtro patrimonio ſeu revera, non opinione noſtra ab eſt *l. 15. §. 7. dd. qvod vi aut. clam. l. 13. dd. rem. rat. hab. l. 13. l. 19. dd. ad exhib.* Atqvi hactenus explicata ea ſunt qvæ ad *definitionem* & *diviſionem* pertinere videbantur.

IX. Nunc ad pleniorem eius intellectum, progredimur ad Cauſas *eius qvod intereſt*, & qvidē primò ad *Efficientem*, qvo pernoſcamus, unde illud deſcendat: eam autem ſecundum mentem Philoſophorum duplicem facimus, *Remotam* ſc. & *Proximam*: *illam* dicimus eſſe *Injuriam* i. e. *moram, culpam*, *dolum* & *contumaciam* alterius ſc. debitoris vel rei. Et qvidem qvod *moram* attinet, effectū ejus ratione debitoris eſſe, præſtationē *ejus*, qvod actoris *intereſt*, inducere, affirmat. *l. 8. dd. de eo qvod certo loc.* qvando verò committatur eadem ex interpellatione, id definiri penitus neqvit; eoqvè nec definitioni juris, ſed meræ cogitationi judiciariæ ſubjectum intelligitur. De *culpa* debitoris vel rei etiam conſtat, qvod damnum ac *Intereſſe*, per eam contingens, ille refundere teneatur per *l. 9. §. 3. l. 11. §. 1. & 2. l. 43. l. 55. §. ult. dd. Locati.* De *dolo* minus dubium *eſt per l. 33. & 79. dd. d. R. J.* cujus hanc ſummam eſſe aſſerit *Job. à Sande in d. l. 79. fraudatorium edictum non ideo ceſſare, qvod res ipſa penes actorem ſit, aut penes adverſarium non ſit, neqve dolo eſſe deſierit, ſi non & omne emolumentum qvod ex reperceptum eſt, vel ab optimo patref. percipi potuit, qvodqve actori per adverſarium*

in-

interceptum eſt, *reſtituatur.* *De contumacia* autem rei, ex his qvæ jam diximus, res clara eſt.

X. Cauſam efficientem *proximam Dd. faciunt, damnum datum & lucrum interceptum l. 23. pr. l. 34. ſeq. dd. ad L. Aqvil.* Nam ut qvid noſtra *interſit*, hinc pendet, ſi qvid amiſimus ob id qvod factum non eſt, qvod fieri debuit; aut ſi qvid lucrari potuimus, ſi factum eſſet, qvod promiſſum eſt, qvod, qvia factum non eſt, lucrati non ſumus. In eo ergo qvod *intereſt* æſtimando non *damni* tantum, verum etiam *lucri* ratio habetur. Ideò etiam Imper. Juſt. *d. l. un. C.* inqvit: *& ex lucro veteres* (puta *Labeonem Julianum l. 2. §. ult. de eò qvod certo loco l. 11. ad SCt. Trebell. Affrican. l. 33. Locati. Paulum d. l. 23. ad L. Aqvil. &c.*) *id qvod intereſt ſtatuerunt* id eſt *definiuerunt intereſſe omnem utilitatem qvæ nobis revera abeſt.* Atqvi utile nobis aliqvid eſt duobꝰ modis: primùm, ſi nihil decedat de noſtro: tùm, ſi, qvod licitè & verè lucrari potuimus, nobis accedat, *Donell. in d. Tr. c. 10. pr.*

XI. Unde igitur nata dubitatio, an ex lucro vero ceſſante cauſetur etiam *Intereſſe*? ex eo fortè, qvod JCti alibi 1. latam inter damnum & lucrum conſtituunt differentiam *l. 26. dd. d. dam. infect.* & 2. præcisè & contradictoriè negant eius *interreſſe*, qvi lucrum facturus ſit; nam qvidam ſunt loci, qvibus lucrum ab *eo qvod intereſt* diſſertè removetur ut in *l. 21. §. 3. d. Act. Empt. l. ult. dd. d. peric. & com. rei vend. l. 26. dd. d. damn. inf. l. 1. §. 21. dd. d. aq. pluv. arc. l. 71. §. 1. dd. d. furt.* Qvid igitur ad haſce inſtantias reſpondemus? Nimirum, Imperatorem vocem *lucri d. l. un.* ſtrictius accipere, & intelligere lucrum 1. revera impeditum qvod juſtè ac ſine alterius injuria, (Secus ſi cum præjudicio alterius ut in *d. l. 71. & d. l. 26.*) & qvidem 2. ex re amiſſa ſola, non etiam aliunde (facit *d. l. 21. §. 3. dd. d. Act.*

Empt. percipi poteſt. Siqvidem de *lucro* incerto, ſperato, apparente, & eo qvod aliunde conſeqvi qvis poterat, dici non poteſt, ob factum adverſarii ſolum utilitatem alteri interceptam eſſe *Umm. diſp. 21. d. Proceſſ. n. 68. Donn. 26. Comm. 22.* & alii qvos adducit *Tab. Tr. de alt. tant. Uſur. p. 3. art. 13. §. 20.*

XII. Duo igitur hic reqvirimus (1.) ut haberi omnino certò potuerit, vel penè certum, ſic ut potentia propinqva ſit, qvoniam nihil diſtant, qvæ parum diſtare videntur; (2.) ut potuerit ex eo ſolo, qvod præſtandum erat, haberi, non aliunde, ac proinde duas hic utilitates excludimus: 1. ſi qvid habere ex re petitor potuit, ſed ita, ut etiam potuerit non habere 2. ſi qvid habere potuit certò qvidem ſed nõ minus aliunde, qvam ex eo, qvod debebatur. Exemplis res plana fiet. Retia piſcatorum, qvæ capiendorum piſcium gratia in flumine poſuerant, culpâ alicujus fracta ſunt: placet duntaxat retium æſtimationem fieri, non ſimul piſcium etiam qvia planè & ſimpliciter incertum fuit, an caperentur *l. 29. §. 3. dd. ad L. Aqvil.* Tale ergò lucrum incertũ peti, juſtum non erit eò, qvod *id qvod intereſt* non debeat *ex qvibusdam machinationib9 & immodicis perverſionibus in circuitus inextricabiles redigi: ne, dum in infinitum computatio inducitur, pro ſua impoſſibilitate cadat. d. l. un. C. d. l. 26. l. 176. dd. d. R. J. Carpz. p. 3. conſt. 7. def. 15. n. 9. conferantur l. 29. §. 3. circa fin. dd. ad. l. Aqvil. l. 11. dd. d. hered. vel action. vend. l. 12. dd. d. act. empt. l. 8. in. f. d. cont. empt* Atq; hoc ad res omnes eiusdem generis transferri licet, puta ad venationem & aucupium &c. Sic ſi vinum frumentum &c. venditum eſt nec traditum: non eſt æſtimandum qvod his rebus traditis emptor fortè negotiari potuit & lucrum facere: qvoniã hæc utilitas non ex re, ſed propter negotiationem percipitur: nempe ex

opera

opera & induſtria mercatoris, qvi occaſione oblatâ uti voluit. *d. l. 21. §. 3. & d. l. ult. d per. & com. rei vend.* Neq; tamen idem putamus eſſe, ex corpore rei naſci, & circa rem conſiſtere: ſed circa rem conſiſtere, omnem utilitatem intelligimus, qvam res ipſa ſecum fert, ſibiqve adjunctam habet, licet extrinſecus veniat. Ex re enim non naſcitur merces, nec pretium ex re vendita, qvorum tamen utilitatem maximè circa rem conſiſtere convenit. Exempla de damno circa rem in *l. 22. & ſeq. §. 3. dd. ad L. Aqvil. l. 28. dd. d. damn. inf.* habentur. Circa rem autem non conſiſtit, qvod vel certò habere petitor non potuit, vel non minus aliundè habere, qvam ex eo, qvod debebatur, veluti ſi frumentô aut vinô venditô & non traditò emptor potuit negotiori & lucrum facere: & ideo hoc non conſideratur.

XIII. Occurritur qvidem nobis ex *Ulpiano*, qvi contra qvam *Paulus* in *d. l. 12.* §. 3. etiam ejus utilitatis, qvæ rei propria non eſt, nec circa rem conſiſtit, rationem habendam eſſe tradit, non in damno ſolùm, ſed etiam in lucro, prolatis iisdem exemplis qvibus & Paulus utitur. Locus *Ulpiani* eſt in *l. 2. §. ult. dd. de eo qvod certo loco.* qvi locus usqve adeò turbavit *Alciat.* ut contra omnes ferè (qvanqvam temerè & perperam) ſtatuerit, habendam eſſe rationem omnis utilitatis, qvam actor conſeqvi potuit, etiamſi ea circa rem non conſiſtat, præterqvam in venditione, idqve ſine diſtinctione rerũ, aut adjectionis loci aliusqvè circumſtantiæ. Verùm hos locos benè conciliare poſſumus, ſi dicemus, nunqvam eam utilitatem, qvæ ex re non eſt, ſeu qvæ eôdem modò aliundè percipi poteſt æſtimandam eſſe, niſi apparet in contrahendo ejus qvoq; habitam eſſe rationem: qvod ſi contingat, conventionem ſervandam eſſe. De ſolo autem tali caſu loqvitur

 Ulp.

Ulp.in d.l.2.§. ult. Agit enim de pecunia, qvæ certò locò promiſſa, aliò in locô petitur actione arbitrariâ, in qvâ ait, hæc in utilitate actoris æſtimari, qvod hic fortè eô locô, qvô pecunia dari promiſſa eſt, pecuniam debuit ſub pœna vel pignoribus, & ob id qvod pecuniam eô locô non acceperit pœna commiſſa ſit aut pignora diſtracta. At qvamobrem? nempè qvia adjectione loci id actum eſſe intelligitur, nam ex qvo certa loci circumſtantia promiſſioni eſt addita, videtur promiſſorem tacitè in ſe recepiſſe præſtationem omnis utilitatis, qvæ ex ea loci circumſtantia contingere potuit, qvam alioqvin non fuiſſet præſtitu-rus. Nonnullam enim ait lex, pretii varietatem loca temporaqvè ad ferunt *l.63.§.2.dd.ad L.falc.Vin.ſelect.Jur. Qvæſt.lib.2.Q.27.Perez.ad Cod.d.t.n.18, Ant.Cont.in Schol. ad d.l.un.c.4.* itaqvè non eſt ſola ratio qvàm ad fert. *Cujac. tract.8. ad Afric.l.33.dd.locati.* qvod in *d.l.2.* tractetur de pecunia trajectitia, qvæ ſicut non ſervat modum dupli & centeſimæ, ita nec habet modum petendæ utilitatis, qvæ extra rem eſt.

XIV. Ne autem huic rei diutius qvam par eſt immoremur: deſcendendum nobis erit ad Materiam, ſivè actus ipſos, in qvibus tantum, qvantum revera *intereſt* alter ab altero agentium petere poteſt: aſt qvantus hìc nobis aperitur campus! ſunt enim actuum illorum, in qvibus illius ratio habetur totidem genera, qvod ferè dixerim, ut loqvitur Imperator Juſtinianus §. *4.I.d.div. ſtipul.* rerum contrahendarum. Sic *Gloſſa ad d. l. un. C.* dicit, in omnibus contractibus legem illud *intereſſe* venire jubere, qvales ſunt omnes contractus b. fidei & ſ. juris, etiam in arbitrariis, qvibus in litem juratur *l.3. dd. d. in lit. jur.* item qvibusdam maleficiis ac interdictis & ubicunq; lege agi debet, nec non in innominatis contractibus. Sed

de

Sed de his omnibus prolixius agere non permittit inſtituti noſtri ratio. Sufficere igitur nobis videtur in præſentiarum potiſsimos ſaltem rei illuſtrandæ gratia, attigiſſe, & eos, in qvibus *intereſſe* venire freqventius ſolet, nam reliqvos omnes ambitu noſtræ diſputationis contineri poſſe, eqvidem dubitamus.

XV. Initium igitur faciamus ab *Emptione venditione*: qvid ſit emptio venditio hic jam ſupponimus ut in ſeqventibus contractuum generibus illorum definitiones ſc. ſeu naturas tanqvam ſic ſatis notas ſupponendo facturi ſumus. In hoc autem contractu, venire *id qvod intereſt*, expresſis verbis multis juris textibus, qvorum nonnullos jamjam adduximus, aſſeritur: non enim uno in loco traditum legimus, ſi res vendita non tradatur, ad *id qvod intereſt* venditorem non tradentem ab emptore compellari poſſe *l. 1. l. 11. §. 9. dd. d. act. empt. l. 10. pr. dd. qvibus mod. pign. ſolv.* Hoc amplius diſertè ſcriptum eſt in *l. 4. C. d. act. empt.* etiam tum venditorem ob id *qvod* emptoris *intereſt*, conveniri poſſe, ſi ex procacia, *id eſt* contumacia ejus ſit, qvo minus res tradatur. Qvod ſi ergo moram commiſerit Venditor in tradendâ re, eum juſtè de *intereſſe* ſuo convenire poteſt emptor *l. 43. in f. l. ſeq. dd. d. t. d. act. empt.* qvod tunc demum procedere autumat *Perez. ad d. l. un. C. n. 8.* ſi pretium ab emptore ſolutum fuerit, qvia ſi id non numeraverit emptor, aut eo nomine venditori ſatisfecerit, venditor, qvi rem non tradidit, neutiqvam videtur moram feciſſe, ſed qvaſi pignus retinere poteſt eam rem qvam vendidit *l. 13. §. 8. dd. d. t. d. act. empt.* Tandem etiam ſi qvid decipiendi emptoris causâ fecerit venditor, utpote ſi locum ſacrum, religioſum, publicum, aliamve rem, cujus commercium non eſt, pro profana aut privata ignoranti vendatur, eô

caſu

caſu nō ita tenet emptio,ut res ipſa debeatur qvo emptor poſſit agere ex empto,ut eam habere liceat, ſed hactenus tantùm, ut ſi venditor ſciverit qvalitatem rei, emptor ignorans poſſit adverſus venditorem ex empto experiri,ut conſeqvatur, *qvod ſua intereſt*, deceptum non eſſe.Parili ratione,ſi venditor falſis perſvaſionibus & mendaciis utatur, ut emptor majori pretiô emat, vel ſi aliqvid fiat, ut res pretioſior appareat vel vitium rei tegatur,vel ſi nō detegitur,qvod venditor ex officio detegere debebat, tunc propter hunc dolū non agitur ad reſcindendum contractum,ſed ad intereſſe, uti opinatur *Dn. Brunem.in Comm. in Cod.ad l. 7.C.d.reſcind.vendit.* Idem obſervatur in cauſa evictionis per *l. 8. dd.d.evict.* ubi *Iulian.* aſſerit, in tali caſu habendam eſſe rationem *eius*,qvod per emptum ſervum adqviſitum fuiſſet, ceſſante evictione, veluti ſi ſervus emptus poſtea ab aliqvo heres inſtitutus fuerit evictus: qvó caſu in æſtimationem non tantùm deducitur pretium ſervi, verum & hereditatis, qvia ſervum evincens, evincit adqviſitiones ejus omnes qvaſi ſuas. Sed fieri poteſt ut nihil actum ſit de evictione, qværitur: an tunc teneatur venditor, non ſolum ad pretium rei ſed & ad *intereſſe* & affirmat hoc *Dn. Bruneman. in comm. ſuo ad l.6.C.d.evict.per l.70.dd.d.Evict.*

XVI. Illud autem circa contractum hunc emptionis & venditionis, non ſatis expeditum eſt, utrum venditor ſi poteſtatem tradendi habeat, rem præcisè teneatur tradere, an offerendo ſolutionem *ejus* qvod emptoris *intereſt* defungi poſſit? Et poſterius hic nonnulli ſtatuere conantur,probationemqvè ſuam præprimis deſumunt ex *l. 4.C.d.act.empt.*& *venditi.* Ubi dicitur, qvod ex *procacia venditoris res non fuerit tradita*, procacia autem non eſſet,niſi haberet facultatem tradendi, ſed textus

tus

tus ille eam ſententiam non proponit, nam non qværitur ibi, an venditor præſtādo *intereſſe* liberetur, ſed ſi emptor ad *intereſſe* agere vellet, qvomodo condemnatio facienda, ut ad *d.l.* reſpondet *Bachov. in Tr. vol. 1. D. 28. th. 2. lit. C* ideoq; communiter recepta illa diſtinctio, qvod, aut venditor poteſtatem habet tradendi rem, aut non habet, illô caſu venditorem precisè teneri rem tradere dicunt, licet emptor ad *intereſſe* ſi vellet agere poſſit, ſed poſteriori caſu teneri emptorem præſtatione *intereſſe* contentum eſſe, cujus ratio manifeſta, qvia ad impoſſibilia nemo obligatur. Et hanc ſententiam amplectuntur Dd. communiter, præſertim cum malitiæ hominum indulgeretur, ſi venditor præſtando *intereſſe*, ſe liberare poſſet, *Cyn. & Bart. in l. ſtipulationes. dd. d. V. O. Caſtr. ad l. 1. dd. d. A. E. Bald. in l. Contractus C. d. fid. inſtrum. n. 14. Salic. in d. l. 4. C. d. act. empt. & vend. Alex. Dec. Jaſ. ad l. 9. ſi cert. pet.* ex modernis *Gomez. tom. 2. Reſol. c. 10. n. 2. Caval. Q. 459. Motzius d. Nat. empti n. 22. Perez. ad Cod. d. empt. & vend. n. 5. Franſc. Exerc. 11. Q. 1. Weſenb. in π. d. act. empt. & vend. n. 4. ibiq; Hahn. n. 3. & Bach.* qvi etiam *ad. Tr. d. th. 2. lit. C. ut & Vin. in Comm. ad J. d. empt. & vend. pr.* utriusq; partis argumenta recenſet *vid. etiam Dn. Brunemann in d. Comm. ſuo ad d. l. 4. C.* ut & *Dn. Becbm. ad dd. in tit. d. act. empt. Vend. obſ. pr. 1.* qvi inſuper ſtatuit, hoc non ſolum procedere in emptione, ſed etiam eo in caſu qvo emptor rem cum pacto de retrovendendo poſſidet.

XVII. Idem qvod in venditionibus obtinet etiam in *Locationibus*: nam & in hoc contractu *ejus* qvod *intereſt* ratio haberi ſolet: ut ſi fortè locator fundi non præſtat fundū utendū, vel ſi locator a. conductor non ſervat tempus locationis in id qvod conductoris vel locatoris *intereſt* traditum fundum, aut tempꝰ ſervatum eſſe, locator vel

 condu-

conductor conveniri poteſt vid. *D. Bechm. ad dd. tit. d. Loc. & Cond. obſ. pr. 4.* Et eſt in huius *intereſſe* ratione ineunda magna locationis & venditionis familiaritas, qvod cõſtat ex *l. 33. dd. locati.* Eſt tamen differentia in eo, qvem recenſebo caſu v. g. locator ſciens rem locavit alienam, *id qvod intereſt* præſtat, ſi tamen id ignorans fecerit, mercedis remiſſione vel reſtitutione liberabitur *l. 35. pr. dd. Eod.* In venditione rei alienæ contra, etiamſi ignorans qvis fundum vendat alienum, univerſum *id qvod intereſt* præſtabit: ex natura nimirum actionis ejus, qvâ venditor præſtare tenetur poſſeſſionem vacuam, evictionem, redhibitionem. Qvam ſententiam etiam *Cujac.* probat, qvi ob hoc parum ingenuè à *Cabotio lib. 1. diſp. c. 26.* reprehenditur, qvi hac in re qvodammodo *Ant. Fabr.* ſecutus eſt *lib. 5. conject. c. 5. vid. Paul. Buſ. Subtil. J. C. lib. 5. c. 9. n. 3.*

XIIX. Sic in *Mandato, ejus qvod intereſt* rationem habendam eſſe docent nos *l. 8. §. 6. dd. & l. 16. C. mandat.* ex qvibus conſtat, qvod convenire poſſit mandans ejusqve heres mandatarium ad implendum mandatum, vel ſi id non impleatur, ad præſtandum *id qvod* mandantis *intereſt.* Præterea ſi fines mandati exceſſerit mandatarius ultra præfixos terminos mandantem non habet obligatum *l. 22. pr. l. 33. §. ult. l. 46. §. 1. h. t.* qvô caſu, ſi ipſe remittere, qvod excedit, nolit, nec mandator aliter accipere, mandatarius ad *id qvod* mandantis *intereſt*, mandatum impletum fuiſſe, tenebitur; perinde enim eſt ac ſi non impleviſſet mandatum *arg. l. 5. pr. l. 27. §. 2. dd. mand.*

XIX. In contractu *Depoſiti intereſſe* venire, certum eſt: in hoc enim ex natura contractus ad dolum depoſitarius adſtringitur & latam culpam. *l. 32. dd. depoſ.* Qvod ſi ergo ex dolo vel lata culpa res depoſita deterior reddita

fue-

rit,non tantum ad rei æſtimationem pervenitur, ſi videlicet depoſitum propterea planè non præſtari poſſit *l.30.Eod.* ſed & in *id qvod intereſt* agi poteſt *arg.l.3. §.1.dd. Commod.* Ex qvâ ſimul conſtat,commodatarium etiam ſuum *intereſſe* obiicere poſſe commodanti, ſi res commodata, ante uſum expletum auferatur *l.17.§.3.l.21.pr.dd.Commod.* aut vitio rei,qvod ſciens celavit,commodator damnũ fecerit *l.18.§.3.d.t.* An vero ſi ignoravit rei vitium commodans nihilominus exinde teneatur ad *intereſſe* ob damnum acceptum qværitur? & de hoc videri poteſt Hahn. ad Weſenb. *d.t.Commod. n.12.*

XX. Præterea ex *l.47.l.65.§.4.dd.pro Soc.* conſtat à *Socio* de præſtando *intereſſe* conveniri poſſe eum, qvi vel intempeſtivè renunciavit Societati *l.14.d.t.* vel cujus dolò, culpâ, negligentiâ alteri damnum datum eſt *l.48.* cum *ſeq.Eod.* Sic ex natura ſocietatis eſt, ut, qvando ſocius convertit pecunias ſocietatis in uſum ſuum, & eſt in morà reſtituendi eas,teneatur ad *intereſſe* vid. *Franc. Aret.conſ.151.n.5. & alii qvos citat. Pet. Nic. Motz. d. Contract. ad h.l.*

XXI. De contractu *Pignoris* idem dici poſſe, apparet ex eo, qvod is qvi rem pignori expoſuit, ſolutò debitò agere poſſit adv. creditorem non tantum ut rem reſtituat, ſed & ei damnum circa eam datum reſarciat,& qvod præterea *ſua intereſt* conſeqvatur *l.9.§.f.dd. d. pign. act.* Qvin imo & nondum ſolutâ pecuniâ, ſi fortè re abutatur creditor,injuſtè ſ.inhoneſtè & malè eam tractando,vel dolò debitorem impediat, qvominus jure ſuô uti qveat,in *id qvod intereſt* agi poſſe manifeſtiſſimum eſt *p.l.fin.in pr.dd.d.t.*

XXII. Parili ratione in qvaſicontractibus aggredi qvempiam ad præſtandum *id qvod* alterius *intereſt*, ap-

paret ex *negotiorum geſtione*, ubi non tantùm negotiorum geſtor tenetur ad damni ejus, qvod perperam geſſit, refuſionem, ſed &, ſi qvod negotium gerendum ſuſceptum non geſſerit, non tantùm Culpà aut negligentià damni dati ratio habetur, verum etiam lucri omiſſi: ad qvod declarandum accomodatiſſimum exemplum eſt, qvô & veteres utuntur, in debitore qvi creditoris ſui negotia geſſit *l. 6. §. ult. l. 35. dd. d. negot. geſt. vid. & l. 28. eod.* E contra qvoqvè Dominus tenetur geſtori ad reſtituendum qvod ab eſt ei, qvi utiliter geſſit, puta, ſi qvid conſecutus non ſit, qvod aliàs conſeqvi potuiſſet, & qvod ei abfuturum eſt, *l. 2. dd. d. t.* De *Tutela* qvoq; idem dicendum eſſe *arg. l. 58. §. 1. d. adm. Tut.* probari poteſt: idemq; de cæteris dici poſſet, niſi prolixior nobis videretur hæc materia, qvam ut illis qvibus deſtinaveram pagellis, includi qveat.

XXIII. Atqvi hactenus de contractibus nonnullis b. fidei diſſeruimus; ad contractus igitur Str. juris paucis pergendum eſt, qvorum differentias à b. f. cont. mihi jam non integrum erit, tanqvam rem à noſtra diſputatione qvodammodo alienam accerſere. Qvin potius unum atqvè alterum, ut inſtituti habeatur ratio, conſideraturi ſumus, qvo clareſcat, in his qvoqve non minus *ejus, qvod intereſt* rationem haberi. Et qvidem ſi inſpiciamus naturam contractus *Mutui, intereſſe* in eo locum invenire, vel ex eo tantùm probari poſſet, qvod *l. 3. dd. d. in lit. jur.* debitor in mora conſtitutus, non ſolùm pecuniam illam mutuo acceptã, verum etiam *id* qvod Creditoris *intereſt*, nũmos præfixô fortè die redditos non fuiſſe, ſolvere, compelli qveat, *Bl. conſil. 291. n. 5. ſub. fin. Franciſc. Aretin. conſil. 9. col. 2. Tuſch. tom. 4. concl. 297. n. 27.* Hic autem valdè diſqvirunt Dd. ſi valor monetæ variè mutetur, & alius ſit tempore contra-

ctus,

ctus, aliꝰ tempore ſolutionis, & aliꝰ intermedio tempore, an Creditor *intereſſe qvantiplurimi* à debitore petere poſſit? Negant nonnulli hoc, potiſſimum ex eo, qvod ejusm æſtimatio *qvantiplurimi* obtineat ſaltem in iis rebꝰ, qvæ creſcunt & decreſcunt, qvod in pecuniâ mutuo datâ fieri non poſſe ipſis videtur, cum certa ſit æſtimatio nummorum *p.l.3.dd. d. in lit.jur.* Urgent præterea, qvod, licet vel maximè ipſa pecunia varietur & creſcat, hæc tn. excreſcentia ſit momentanea, imò contra ipſius pecuniæ eſſentiam, & ideò non conſideranda, nec exinde debitor ob *intereſſe qvantiplurimi* conveniri oporteat. Contrarium tamen tenet *Bl. in l.22.dd.d.reb.cred. n.23.* qvam etiam opinionem jam ante tenuit *Br.in l.3.dd. d. reb.cred. n.17. & in l.10. dd.d.aur. & arg.leg. & in l.99.dd. d.ſolut.n. 6. & 8.* qvi ſtatuit, qvod diſpoſitio *d.l.22.* non minus in pecunia vel moneta qvam in vino & aliis ſpeciebus procedat, & ideò ſi pecuniæ valor extrinſecus mutetur, & plus qvam tempore contractus valuit debitorqvè in morâ fuit, hic non ſolùm illam pecuniam mutuo acceptam, ſed etiam illud plus ſolvere dt. Qvoniam & experientia teſtatur, valorem monetæ etiam extrinſecum creſcere & augeri *Berlich.p. 2.Concl.36.* Qvi valor ſ. augmentum monetæ pro *intereſſe* habetur, *Curt. Jun.in.l.22.n. 20.& ſeq.Cagnol. in l.5. C. d.Act. empt.n. 47.& ſeq.* Et licet hæc mutatio ſ. excreſcentia monetæ ſit momentanea qvæ parum durat, & contra monetæ ſubſtantiam fiat, tamen & illa momentanea mutatio vel excreſcentia in conſiderationem venit uti rectè animadvertit *Jaſ.d.l.22. col.6.n.13.* Idqve ita in odium moroſi debitoris aceptum eſt *Jaſ. d. l.* aliàs enim inter debitorē moroſum & illū qvi ſtatuto tempore ſolvit, nulla eſſet differentia, cū etiam hic pecuniam in eo valore, qvi fuit tempore cōtractꝰ, ſolvere teneatur *Berlich.p.2.concl.36. n.5.*

n.5. & ſeq. qvod tamen dici non dt. ſed ſemper differentia inter debitorem moroſum & alium eſt facienda. Hoc tamen nonnulli procedere putant, ſi debitor judicialiter fuit interpellatus & in mora conſtitutus: veluti etiam JCti Lipſienſes menſ. decembr. A. 1624. ad petitionem N N. reſponderunt.

Ob nun wohl euern Bericht nach ihr gemelden debitorem, nach verflieſſung der beſtimter Zeit / und ſonderlich zu der Zeit/ da die Müntz-Sorten ſo hoch gegolden und geſtiegen / die wiederzahlung zu thun außerhalb Gerichtes zum öfftern erſuchet / daſſelbe aber von ihm nicht geſchehen/ und es daher ſcheinen möchte / als ob er in morâ geweſen / und deßwegen nunmehr ſeine Erben / euch das *intereſſe* und abgangan dem gefallenen Wehrt der Müntz-Sorten zuerſtatten ſchuldig / demnach aber und dieweil ihr/ als gedachter debitor auff euer extrajudicial anſehen die Zahlung nicht geleiſtet / demſelben nicht gerichtlich deßhalben ferner interpelliret und beſprochen / ſondern ſeinen Verzug nach geſehen / und ſolchen nicht verfolget noch geklaget/ und dadurch die angefangene moram remitiret und die Schuld bey ihm länger ſtehen laſſen / und deßwegen keine beſtändige mora dißfals vorhanden / ſo ſeyt ihr auch dahero von obbenandes euers Debitoris Erben das *intereſſe* des auffgeſtigenen und nunmehro niedergefallenen Wehrts der Müntz-Sorten zu fordern nicht befuget / ſondern/ wenn ſie euch die außgelihenen Reiniſchen Gülden/ Ducaten, Philipsthaler ꝛc. inhalts der Schuld verſchreibung in eâdem ſpecie & numero Stuck vor Stuck neben den verfallenen Zinſen wieder entrichten/ damit begnüget zu ſein ſchuldig/ V. R. W.

XXIV. Sic, qvod *Stipulationem* attinet, notum, qvod ea ſit vel *dandi* vel *faciendi*: Prioris caſum ponimus, ut, qvando v. g. in ſtipulatu conventũ erat, qviddari certo

loco,

loco; puta Capuæ aut Epheſi, ſi alio dein loco qvam in qvem ſolutio ſ. præſtatio rei collata eſt, reus ſolverit, contra ſtricti juris rigorem æſtimari conceditur, *qvanti* actoris *intereſt*, ſolutionem nominatô locô factam potius eſſe. *l. 2. pr. l. 8. dd. d. t. de eo qvod certo loc.* Nec minus venit *id* qvod rei *intereſt d. l. 2. pr. & d. l. 8. Jaſ. ad l. 7. n. 8. Eod.* qvia reo non debet commoditas locô certô ſolvendi conventione acqviſita, adimi, imo nec hoc per moram fieri poteſt *d. l. 2. §. f. junct. l. f. d. pact. l. 12. §. 3. d. ſol. cap. un. X. d. plus. petit.* Et qvando rei *intereſt*, judicis arbitrio committitur, ut ſummam promiſſam, vel debitam pecuniam in condemnatione minuere, ſi verò actoris, illam augere poſſit *d. l. 2. pr. & §. f. Caſtr. ibid. n.* 4. König *in proceſſ. c. 139. n. 22. 23.* Neqvè verò ſola loci adjectio hoc efficit, verum etiam ſolutionis in certam perſonam aut tempus collatio, ſi creditori expediat perſonæ adjectæ eovè tempore ſolvi, propter ejusdem generis utilitates, ut differte *Papian. l. 118. §. vlt. dd. d. V. O. & Ulpian. in l. 114. dd. Eod. l. 4 pr. dd. d. eo qvod certo loco* aſſeruut.

XXV. Factum etiam certo loco promiſſum ſi in obligatione verſatur, & fides præſtita non eſt tempusqve faciendi effluxit, non amplius factum in obligatione eſſe videtur, ſed tacitâ qvâdam poteſtate juris inducitur novatio in *id qvod intereſt.* Ita enim in obligationibus faciendi jus eſt, ut licet ab initio & qvamdiu fieri poteſt, qvod promiſſum eſt, factum in obligatione verſetur, tamen nunqvam ita, ut id peti poſſit, qvippe ex ſtipulatione faciendi placet non ante agi poſſe, qvam tempus illud præterierit intra qvod fieri debuit & potuit, qvod promiſſum eſt: ſed eatenus tantùm, ut promiſſor præſtando qvod promisſit, liberetur. Poſtqvam autem tranſiit tempus, intra qvod fieri poterat, qvod promiſſum eſt, exinde con-

tineri

tineri incipit, ſolidumqve deberi *id qvod intereſt l.14.l. 72.l84. l.112.§.ult.dd.d.V.O.l.13.dd.d.re jud.* Cæterum qvæ ex factis huc pertinere videntur, deiis conſ. *Viv.* in *Comm. ad J.d.ſtipul.§. 7. n.3.*

XXVI. Fidejusſorem qvod concernit, de eô dubium non eſt qvin ex propria ſua mora teneatur in *intereſſe* per l. 49.*pr.d.V.O.* cum unicuiqve moratori ſua mora obeſſe, nec alteri nocere debeat *l. 173. d. R. J.* proinde & fidejuſſori, qvi ab iſta regula nullibi, exceptus reperitur. An autem & qvando ex mora principalis promiſſoris & debitoris Fidejusſor qvoqve teneatur ad *id qvod* ex illâ *interſit* Actoris, non leve facesſunt negotium contrarii textus *d.l.8. dd. de eo qvod certo loco & l.54.loc.* qvi adeo intèr ſe pugnare videntur, ut ad eorum conciliationem ſeptem diſtinctiones & explicationes harum LL. apud Dd. reperiamus, qvas latè congeſtas & examinatas habemus apud *Jaſ.ad d. l.8.n.6.* ex qvibus qvatuor Principaliores *Bachov.ad Tr.d.diſp. 23.th. 5. lit.D*, recenſet. Nos hoc pactô pugnā illam commodè componi, remq; optimè intelligi poſſe cenſemus, ſi obſervabimus, an principalis ante fidejuſſionem in mora fuerit, an vero poſt. Priori caſu, ſi nondum ex ſua mora fuerit conventus, dederit vero fidejuſſorem, ut creditor ab actione, qvam minabatur, abſtineret, & v. g. certô locô ac tempore rei debitæ præſtationem expectaret, morâ poſtmodum principalis ſubſecutâ, actio contra fidejuſſorem exerceri non poterit, ut is præter ſortem, æqvè ad *id* qvod ex priori mora *intereſt*, teneatur: caſus ſit: Titius ſtipulatus eſt centum ſibi dari à Mævio Capuæ: moram facit Mævius, & per eum ſtetit, qvo minus Capuæ ſolveretur: itaq; futurum eſt, ut, ſi conveniatur à Titio, m. *id qvod* ejus *intereſt*, Mævio objici poſſet, ponamus *id qvod intereſt* Creditoris eſſe viginti, & ſortem

princi-

principalem centum, cum Titius vellet agere adverſus Mævium reum principalem, qvi jam moram fecerat: acceptus eſt fidejuſſor hujus actionis nomine, qvi, cum promiſerit, qvod debetur ex ea actione, & acceptus dicatur actionis nomine, qværitur, an fidejuſſor non tantum teneatur ad ſortẽ principalem, ſed etiam *ad id qvod intereſt*, puta ad viginti? Qvod à Paulo in *l. ult. d. t. de eo qvod certo loco.* rectè negatur: qvia fidejuſſor ad obligationem & actionis nomine eſt acceptus, *intereſſe* vero propriè loqvendo, cum nulla interceſſerit conventio, non eſt in obligatione *l. 49. §. 1. d. Act. empt. l. 54. pr. loc. l. 4. C. depoſ. Weſenbec. in π. d. uſur. n. 13. in fin.* Et ſi *id* in obligatione comprehenderetur, etiam qvando in loco ſolutioni deſtinato ageretur, arbitrium judicis locum haberet, qvod ſanè non admittit *l. 4. pr. d. t. de eo qvod certo loco.* Neqvè tempore fidejuſſionis *id qvod intereſt*, principalis debebat, qvia *illud* is, actione per dationem fidejuſſoris impeditâ, vitabat. Nam non ſolùm ceſſatio, ſed actio qvoq; in alio loco inſtituta, ut, qvod *interſit* actoris debeatur, ſimul neceſſaria ſunt, qvod volunt verba in *d. l. ult.* poſita: *cum arbitraria vellet agere.* Neq; qvem offendat verbum, *videamus*, qvia ICti verbis, *videre, arbitrari magis verum eſſe*, & ſimilibus decidere, & ſuam ſententiam in dubiis caſibus modeſtè & verecundè exprimere ſolent, *Duar. Anniverſ. diſp. lib. 2. c. 11. vid. l. 4. §. Cato d. V. O. l. 17. §. 3. d. adopt.* & eorum dubiis reſponſis hodiè à Juſt. autoritas legum attributa eſt §. *8. J. d. J. N. G. & Civ. Conſtit. d. concep. digeſt.* Poſteriori caſu, ſi datô fidejuſſore, debitor in mora fuit conſtitutus, v. g. à Mævio Sempronius ſtipulatus Capuæ ſibi centum dari, acceptô eam in rem fidejuſſore; poſtea moram reus fecit, qværitur, an fidejuſſor etiam teneatur ad *id, qvod intereſt*, qvod ex mora principalis de-

tineri incipit, ſolidumqve deberi *id qvod intereſt l.14.l. 72.l84. l.112.§.ult.dd.d.V.O.l.13.dd.d.re jud.* Cæterum qvæ ex factis huc pertinere videntur, deiis conſ. *Vin.* in *Comm. ad J.d.ſtipul.§. 7. n.3.*

XXVI. Fidejusſorem qvod concernit, de eô dubium non eſt qvin ex propria ſua mora teneatur in *intereſſe* per l. 49.*pr.d.V.O.* cum unicuiqve moratori ſua mora obeſſe, nec alteri nocere debeat *l. 173. d. R. J.* proinde & fidejuſſori, qvi ab iſta regula nullibi, exceptus reperitur. An autem & qvando ex mora principalis promiſſoris & debitoris Fidejusſor qvoqve teneatur ad *id qvod* ex illâ *interſit* Actoris, non leve faceſsunt negotium contrarii textus *d.l.8. dd. de eo qvod certo loco & l.54.loc.* qvi adeo intèr ſe pugnare videntur, ut ad eorum conciliationem ſeptem diſtinctiones & explicationes harum LL. apud Dd. reperiamus, qvas latè congeſtas & examinatas habemus apud *Jaſ.ad d. l.8.n.6.* ex qvibus qvatuor Principaliores *Bachov.ad Tr.d.diſp. 23.th. 5. lit.D.* recenſet. Nos hoc pactô pugnā illam commodè componi, remq; optimè intelligi poſſe cenſemus, ſi obſervabimus, an principalis ante fidejuſſionem in mora fuerit, an vero poſt. Priori caſu, ſi nondum ex ſua mora fuerit conventus, dederit vero fidejuſſorem, ut creditor ab actione, qvam minabatur, abſtineret, & v. g. certô locô ac tempore rei debitæ præſtationem expectaret, morâ poſtmodum principalis ſubſecutâ, actio contra fidejuſſorem exerceri non poterit, ut is præter ſortem, æqvè ad *id* qvod ex priori mora *intereſt*, teneatur: caſus ſit: Titius ſtipulatus eſt centum ſibi dari à Mævio Capuæ: moram facit Mævius, & per eum ſtetit, qvo minus Capuæ ſolveretur: itaq; futurum eſt, ut, ſi conveniatur à Titio, m. *id qvod* ejus *intereſt*, Mævio objici poſſet, ponamus *id qvod intereſt* Creditoris eſſe viginti, & ſortem

princi-

principalem centum, cum Titius vellet agere adverſus Mævium reum principalem, qvi jam moram fecerat: acceptus eſt fidejuſſor hujus actionis nomine, qvi, cum promiſerit, qvod debetur ex ea actione, & acceptus dicatur actionis nomine, qværitur, an fidejuſſor non tantum teneatur ad ſortē principalem, ſed etiam *ad id qvod intereſt*, puta ad viginti? Qvod à Paulo in *l. ult. d. t. de eo qvod certo loco.* rectè negatur: qvia fidejuſſor ad obligationem & actionis nomine eſt acceptus, *intereſſe* vero propriè loqvendo, cum nulla interceſſerit conventio, non eſt in obligatione *l. 49. §. 1. d. Act. empt. l. 54. pr. loc. l. 4. C. depoſ. Weſenbec. in π. d. uſur. n. 13. in fin.* Et ſi *id* in obligatione comprehenderetur, etiam qvando in loco ſolutioni deſtinato ageretur, arbitrium judicis locum haberet, qvod ſanè non admittit *l. 4. pr. d. t. de eo qvod certo loco.* Neqvè tempore fidejuſſionis *id qvod intereſt*, principalis debebat, qvia *illud* is, actione per dationem fidejuſſoris impeditâ, vitabat. Nam non ſolùm ceſſatio, ſed actio qvoq; in alio loco inſtituta, ut, qvod *interſit* actoris debeatur, ſimul neceſſaria ſunt, qvod volunt verba in *d. l. ult.* poſita: *cum arbitraria vellet agere.* Neq; qvem offendat verbum, *videamus*, qvia ICti verbis, *videre, arbitrari magis verum eſſe*, & ſimilibus decidere, & ſuam ſententiam in dubiis caſibus modeſtè & verecundè exprimere ſolent. *Duar. Anniverſ. diſp. lib. 2. c. 11. vid. l. 4. §. Cato d. V. O. l. 17. §. 3. d. adopt.* & eorum dubiis reſponſis hodiè à Juſt. autoritas legum attributa eſt *§. 8. J. d. J. N. G. & Civ. Conſtit. d. concep. digeſt.* Poſteriori caſu, ſi datô fidejuſſore, debitor in mora fuit conſtitutus, v.g. à Mævio Sempronius ſtipulatus Capuæ ſibi centum dari, acceptô eam in rem fidejuſſore; poſtea moram reus fecit, qværitur, an fidejuſſor etiam teneatur ad *id, qvod intereſt*, qvod ex mora principalis de-

bitor contraxit? de qvà ſpecie tractat. *Afric. in d. l. 8. & in* ea huic legi maxima eſt pugna cum *d. l. 54.* Sed intereſt 1. an loqvamur de iis acceſſoriis, qvæ debentur jure obligationis ſeu ſtipulationis, & certum eſt, ex mora principalis obligationem fidejuſſoris augeri, qvi caſus hic in dubium non vocatur, an v. agatur de iis acceſſoriis, qvæ officio judicis mercenarii veniunt, qvorū ratione hic inter *d. l. 8.* & *d. l. 54.* diſceptatio oritur; ubi 2. iterum diſtingvendum, an fidejuſſor in omnem cauſam ſe obligaverit, an non? illô caſu, augetur ex mora vel culpa debitoris principalis obligatio fidejuſſoris, qvia ita fidejuſſor acceptus intelligitur ſe obligaſſe non ſolùm ad ſortem, ſed & ad *id qvod intereſt*, aliaq; acceſſoria, de hoc caſu loqvitur *d. l. 54.* conf. *l. 2. §. pen. d. adminiſtr. rer. ad Civit. pertin.* ibi: *qvi fidejuſſerint pro conductore vectigalis in univerſam conductionem, in uſuras qvoq; conveniuntur.* & *l. 5. C. d. pact. inter empt. & vend.* ibi: *in fin. tam ab ipſo debitore, qvam ab eo qvi in omnem cauſam empti fidem ſuam adſtruxerint.* Non autem ſemper reqviritur, *nominatim* hæc verba aut ſimilia exprimere: *indemnem me in omni cauſa præſtabis?* aut, *in qvantum illum condemnari opportebit*, ſed ſufficit aliqvando, ſi fidejusſio illa generalis fuerit, ut in *l. 10. rem pupil. ſalv. fore.* Hoc caſu mora principalis fidejuſſori vix nocebit, qvalis caſus ponitur in *d. l. 8.* verſ. *nec oportebit*, qvia *id qvod intereſt* extra naturam Contractus atq; ex cauſa magis extrinſeca provenit: ad talia autem fidejuſſor non tenetur, qvia ipſe hoc non egit aut cogitavit, ut ſe ad id adſtringeret, qvod arbitrante judice in condemnationem venire posſet; ſed ad id tantùm, qvod ex cauſa contractus debetur, conf. *l. 10. d. t. d. eo qvod certo loco.* & *l. 68. §. 1. d. fidejuſſ. & mand. vid. Jaſ. ad d. l. 8. n. 6. Eichel. in Comm. ad l. 173. §. 2. dd. d. R. J. D. Bechm. ad dd. tit. d. fidejuſſ. & mand. n. 9. & ſeqq.*

XXVII.

XXVII. Accedo etiam ad innominatos contractus, qvorum qvatuor vulgo eſſe perhibentur ex *l. 5. dd. d. praſcr. verb. Do ut des* §. 1. *Do ut facias* §. 2. *Facio ut des* §. 3. *Facio ut facias* §. 4. Si v. qvis facit, ut det alter & poſtqvam facit, ceſſat dare, qvod convenit, vel moram circa dandum committit, utiq; alteri tenebitur ad *intereſſe p. l. 1. dd. d. rer. permut.* accedit ratio firmisſima, cum lex non excipiat innominatos contractus, ſed indifferenter relinqvat, nec nos eos excipiamus ipſius legis inhærentes autoritati.

XXVIII. Contractibus & qvaſicontractibus etiam ſubjiciemus *Precarium*, de qvo agitur ſingularibus in *tit. dd. & C.* qvod tamen non eſt confundendum cum precariis, , de qvibus *cap.* 1. & *t. t. Extra d. precariis* agitur differentiam horum ex *cap.* 3. *Extra eod.* eſt petenda, vid: præterea *Zoeſ. Comment. in univ. Jus. Can. ad h. t.* In hoc negotio is, qvi precarium conceſſit, agere poteſt adverſus eum qvi precarium habet i. e. precario detinet *l. 4. l. ult.* §. 1. *dd. precario* ejusq; hæredes in id, ut res reſtituatur, aut ſi res reſtitui neqvit, fiat condemnatio in tantum, *qvanti actoris intereſt*, rem reſtitui, cum omni cauſa poſt interdictum editum *l. 8.* §. 4. *Eod.*

XXIX. Reſtant demum delicta qvoq; privata conſideranda, in qvibus *Intereſſe* locum invenire reperimus. Nam qvod *Furtũ* attinet, conſtat, ſi illud verè commiſſum eſſe probatum fuerit, perſeqvi poſſe actorẽ à fure *id qvod ejus intereſt* rem non eſſe ſurreptam §. 13. *I. d. obl. qva ex delict.* ita ut damnum inde paſſurus, non verò lucrum facturꝰ ſit *per l. 71.* §. 1. *dd. d. furt.* qvia in eo genere lucrũ non poteſt niſi injuſtũ eſſe, præſertim ſi res aliena nobis ſurrepta eſt, cujus cuſtodiam debemus: cum eâ non receptâ damnum luere domino cogimur. Qvod ſi qvis hoc tantũ

 ſua in-

ſua *intereſſe* dicat, ut lucrum poſſesſionis faciat, eamve poſſidendo qværat, id ex re aliena non honeſtè captabit. *add. Alciat. in comm. ad d. l. un. C. c. ult. Donell. c. 10.* Reqviritur autem hic ut immediatè alicujus interſit & ex juſta honeſtaq; cauſa *l. 11. l. 76. §. 1. d. Eod.* Idem fermè de *Rapina* dici poterit. Sic, ſi damnum aliqvod in rebus noſtris *injuriâ*, i. e. dolô, vel Culpâ alterius contigit, æſtimatur non ſolùm corpus vel damnum in eo datum, ſed omne *qvod* ullo modo noſtra *intereſt* §. *10. J. d. L. Aqvil. l. 21. cum duab. ſeqq. dd. Eod.* id qvod exemplis aliqvot ibi illuſtratur. Ex qvaſi delictis unicum exemplũ proferemus de judice, qvi, cum pro arreſto legitimo, cujus reqviſita in debito liqvido & conditione debitoris facultatib9 labi incipientis conſiſtũt, *Ordin. Proceſſ. judic. tit. 11.* §. dieweil aber: decernendo imploratus, absq; juſtâ & inſufficienti causâ illud denegaverit, aliiq; creditores prævenerint, vel aliter bona debitoris interierint, ad *Intreſſe* & ad æſtimationem debiti præſtandam tenetur *Dn.* Richter *deciſ. 77. n. 27.*

XXX. Materiam jure ſuo excipit Forma: qvæ conſiſtit in *termino* taxationis ſeu æſtimationis damni dati & utilitatis abſentis: qvi, cum nullâ lege, nullâ conſtitutione circumſcribi poſſit, ideò *Intereſſe* noſtrum potius dicimus *facti* qvam *juris per l. 24. dd. d. R. I. facti* autem qvæ ſunt, incerta ſunt, cum factum ſemper mutetur *l. 11. dd. d. jur. & facti ign. l. 8. dd. d. LL.* Hinc ante Juſtin. tempora circa taxationem *ejus qvod intereſt* traditiones ICtorum minus certæ fuêre, ac propterea dubitationes in infinitum protractæ, tam ex infinitis caſificationibus & controverſiis litigatorum, qvam judicum ob rerum inexperientiam & legalis æqvitatis ignorantiam perplexitate, tam ſuper probabilitate damnorum qvæ prætenduntur & impugnantur, qvam ſuper moderatione totius ſummæ, an in totum

taxari

taxari debeat, an certam metam excedere, & qvalem, & qvibus cauſis? Hanc etiã incertitudinem Juſtin. exertis verbis confitetur, *d. l. uni. C.* dum remedium adhibiturus nihilominus rem ferè incertam relinqvere fuit coactus. Aliqvâ tamen ex parte illò remediò eſſe incertitudini huic proſpectum haud negamus, omnem eſſe ſublatam, aſſerere non poſſumus, ſiqvidem hoc ipſemet Imperator *d. l.* confiteri neceſſum habet.

XXXI. Modus autem qvem præſcripſit *Juſt. d. l.* judicibus taxandi *Intereſſe*, hic eſt, ut in caſibus certis hoc *qvod intereſt*, duplum rei minimè excedat: in aliis verò qvi incerti eſſe videntur, judicis religioni & ſapientiæ relinqvit, ut qvod revera cujusqve *intereſt*, damnum hoc reddatur; ceſſante omni machinatione & immodicâ perverſione.

XXXII. Qvò felicius autem atq; facilius hic provehi posſimus, explicanda prius paulò accuratius difficillima hæc legis particula de caſibus certis & incertis, in qvo labore perducendo Dædaleo natatore opus habuerunt Dd. Nomine Caſus in *d. l. un. C.* ſive Cauſæ vel negotii non venire omnes contractus ex qvibus obligationes in genere oriuntur, ſed illos tantùm, in qvibus de facto verſatur & debetur *Intereſſe*, exiſtimant *Zoeſ. Comm. in dd. ad tit. d. re. jud. n. 65. Perez ad d. l. un. C. n. 5.* Neq; enim infreqvens eſt ex contractibus, nullum *intereſſe* deberi: ut, tum Contractus illos ponit Imper. accipiendus ſit in caſibus, qvibus illorum nomine abeſt, ex verâ & juſtâ causâ.

XXXIII. Caſus certos ergo Imperatorem hic eos intelligere *Bartolus* autumat, *qvi vel certam habent qvantitatem vel naturam*, ut qvibus certa res petitur, certum enim illud eſt, qvod definitum eſt ac determinatnm; ubi prior pars definitionis videtur pertinere ad res fungibiles:

 poſte-

poſterior ad ſpecies *Cujac: in l. 44. d. Act. empt. p. 1157.* Qvantitas enim in proprio ſignificatu & κυϱιολεκτως ſpeciei plerumq; opponitur. *Donell. d. Tr. c. 5.* Vocabulum autam *naturæ* pertinet propriè qvidem ad ſpecies rerum corporalium, per analogiam tamen etiam ad ſpecies rerum incorporalium trahitur. *Donell. d. loc. Fum. Eod. Tr. c. 4.* Suntq; eæ res certæ vel ab initio ſtatim, vel ex poſtfacto, ſive intervallo: Ab initio ſtatim, cum res unica vel ad individuum determinata in obligationem eſt deducta: ex poſtfacto, qvando qvid ab initio generaliter in obligationem deducitur, qvod tamen poſtea per electionem aut deſignationem determinatur. Huc referri poſſunt omnes omnino contractus, ex qvibus res vel factum in obligationem deductum, certam æſtimationem recipit, & ex qvibus certi qvid condici poteſt *l. 9. d. reb. cred. l. 71. d. V. O.*

XXXIV. De his ergò caſibus certis definivit Imperator *hoc qvod intereſt* dupli qvantitatem minimè debere excedere; ubi termini excuſſionem merentur, ut illationi noſtræ eò magis inſerviant. Sciendum itaq; duplum hìc accipi ut aliàs, ita & hoc in loco incluſivè ſeu mixtum, cum implicatione ſeu involutione ſimpli *l. 1. pr. l. 43. in f. cum l. 44. dd. d. A. E. V. Pac. in Anal. C. d. t. n. 6. f.* pretii inqvam conventi rei ipſius principaliter debitæ: vel in diſpoſitionem deductæ, certæ qvantitatis vel naturæ, cui accedit obligatio ad *intereſſe*. Ut ſi rés qvæ vendita nec tradita eſt empta ſit decem: tunc hoc pretium, qvô res vendita eſt, in effectu erit ſimplum, ſive proprius loqvendo, ipſa res vendita, qvæ eſt verum ſimplum, omnino cenſetur tanti eſſe, qvanti vendita, ita ut pretium ex parte emptoris ad *intereſſe* agentis ſit ponendum ſimplum qvi 20. tantùm conſeqvetur nempe 10. pretii nomine & alia decem nomine *ejus qvod intereſt* arg. *l. 53. d. Evict. d. l. 43. l. ſeq. d. A. E. V.*

XXXV.

XXXV. Verùm qvod diximus, non poſſe in hiſce contractibus id qvod intereſt, dupli æſtimationem ſuperare, verum qvidem eſt, ſi ob adverſarii culpam *interſit*, qvod demum eſt *intereſſe* cujusqvam *l. 1.2.3. dd. d. in lit. jur.* utrum verò ſi dolus malus intervenerit, taxationi dupli locus ſit? haud parum inter Dd. controvertitur. Nos negantium ſententiam ſeqvimur, cum hoc caſu non tàm ad rem certam præſtandam ſit actio, qvàm ad dolum maleficiumq; vindicandum, qvod tanti eſt, qvanti damnum datum, adeò, ut totum qvod *intereſt* etiam rei æſtimationem excedens ultra duplum veniat præſtandum *l. 22. & ſeq. dd. ad l. aqvil. l. 23. pr. dd. d. act. empt.* Qvæ ſententia ſummam habet æqvitatem, ne aliàs lex iſta videatur fovere malitiam, *Mol. d. l. n. 155. & ſeqq.* Nec nocet qvod ad damni efficiendi differentiam nihil valeant ſcientia & ignorantia: ſeu non minus ignorans venditor v. g. damnum det, qvam ſciens. Nam pœna ob dolum culpamve infligitur, & *id qvod intereſt*, pœna eſt Ignorantia autem culpæ plerumq; expers eſt.

XXXVI. Et hæc qvidem de caſibus certis demonſtraſſe ad præſens thema aſſerendum, poterant ſufficere. De caſibus qvoqvè incertis nunc nonnulla ſubjungenda ſunt. Horum autem definitionem, ex oppoſitione definitionis certorum, facilè emergere poſſe exiſtimamus: ſunt enim caſus incerti juxta *Bartolum, qvi certam aut finitam qvantitatem vel rem non habent*, ſive qvi non reſpiciunt certam rem principalem, ſed habent aliud ſpecificum objectum, qvod eſt incertum, ut adeo difficulter probari poſſit ejus rei æſtimatio, cujus neq; ex ſingulari conventione, neq; ex communi hominum uſu, certitudo vel modus qveat deſumi. Referuntur eò à *Bocero Cl. 6. diſp. 29. th. 34. & ſeq. 1.* obligationes facti à con-

tra-

trahentibus non æſtimati,in qvibus ſi promittitur aliqvid fieri, vel non fieri *Tr. d, th.* 4. *f.* 2. actiones qvibus poſſeſſio petitur *l.* 40. §. 1. *l.* 15. §. 1. *d. Condict. indib.* & plures ſpecies ſc 3. obligationum ex delicto, ex qvibus ad *id qvod intereſt* agitur. 4. Contractus etiam vel qvaſi contractus, qvorum obligatio in eo potisſimum conſiſtit, ut aliqvid fiat vel non fiat *vid. Dn. Tab. Tr. de altero tanto uſur. p.* 3. *art.* 13. §. 16. Qvemadmodum & d. Autor in Contractibus Empt. Locat. &c. qvosdam caſus excipiendos putat, veluti, ſi venditor promiſerit, nulli alii qvam mihi vendere, qvod non fecit *d. l.* 21. §. *pen. d. A. E.* Caſus enim iſte non poteſt niſi incertus eſſe, qvia principale diſpoſitum, ſive debitum ſc. alii non vendere, non habet certam qvantitatem, aut naturam ut non reſolvatur niſi *in id qvod intererit*, qvod tempore pacti incertum. Similiter ſi agatur qvidem de re habente certam naturam aut qvantitatem, ſi tamen habeat implicitam ſuſceptionem periculi adjunctam, non concludetur ſub caſibus certis, ſed incertis. Exemplum eſt in *l.* 6. §. 4. *dd. d. A. E. & in l.* 19. §. 1. *dd. Locati.* Ad qvod etiam referunt obligationem indemnitatis præſtandæ de qva re videri poteſt *Zaſ. in Comm. ad. tit. dd. de re judicata. n.* 76. *& ſeqq.*

XXXVII. His & ſimilibus Caſibus, Juſtin. ad finem dupli non taxavit *id qvod intereſt*, ſed arbitrio judicis reliqvit, ut ipſe æſtimaret in rei veritate, qvantum *intereſſet* actoris, vel rei: cum enim ejus utilitatis æſtimatio variet, pro factorum diverſitate; ita ut aliqvando nihil *interſit*, ideò certa juris regula, uti ſuprà dictum, determinari neqvit; perinde ut nec cæteræ qvæſtiones facti ſ. judiciales *vid. Ariſt. lib.* 1. *Rhet. ad. Theod. c.* 13. *&* 15. *itemq; l.* 3. *Pol. c.* 17. *& l.* 2. *mag. mor. c.* 1.

XXXVIII.

XXXIIX. Ne autem arbitrium illud omnino vagum ſit, ipſe Imp. *d. l. un.* ſubjicit inſtructionem: monendo judices, ne audiant exqviſitum aliqvod commentum & figmentum litigatoris vel cauſidici, qvô damni æſtimatio immodicis perverſionibus in circuitus inextricabiles redigitur, ſed ut ſubtiliter veram damni dati & lucri ceſſantis rationē inqvirant, i. e. ex factorum varietate & circumſtantiis religionem ſuam informent, an revera *interſit*: & tum ejus æſtimationem reddere reum jubeant.

XXXIX. Qvoniam autem utroq; in Caſu *Intereſſe* propter incertitudinem ejus, qvâ de paulò prolixius hactenus à nobis eſt actum, probandum venit, nec ſolùm prætendendum, ideoq; qvibus modis illud probetur, paucis qvoq; ut indicemus, haud inutile erit. Probatur autem *id qvod intereſt* I. Teſtibus *d. l. un. verſ. aliis C. d. ſent. qvæ pro eo qvod intereſt* ibiq; *gl. König in proceſſ. d. c. n. 33. Baert. ad. d. l. un. n. 138.* II. Juramento in litem: ſi *id qvod intereſt* ex dolo adverſarii, vel latiori culpa, qvæ in arbitrariis actionibus tardæ ſolutionis procacia eſt, *Uſill. ad §. 3. J. d. act. n. 74.* & præſumptus dolus cenſetur, aut ſaltem dolo comparatur *l. 32. dd. Depoſ.* non item ſi ex nuda culpa petitur *l. 15. §. 9. dd. qvod vi aut clam.* König *d. l. n. 34. l. 68. d. R. V.* Dolum autem interveniſſe prius probandum eſt *c. ult. X. qvæ vi aut met.* & judex aditus juramento modum ſtatuere debet, & certam ſummam ſeu qvantitatem præſcribere, qvam jurans in jurando non excedat *l. 4. §. 2. d. in lit. jur.* ne propter immenſam & inſatiabilem cupiditatem lucri, qvi agunt, nomine *ejus*, qvod *interſit*, in infinitum, ubi poſſent, jurarent, & facilè manifeſtum perjurii crimen incurrerent. Illud tamen tenendum, tàm in hoc juramento, qvam in neceſſario propter hominum levitatem & qvorundam meticuloſam in jurando difficultatem ad hunc probatio-

nis ſpeciem non temerè proſiliendum *l. 8. d. cónd. inſtit. Uſill. d. l. n. 6. & 80.* & ſi aliæ probationes ſuperſunt, ad jurisjurandi religionem tanqvam remedium extraordinarium non eſſe confugiendum *l. f. §. 10. C. d. jur. delib.* III. Inſtrumentis: ut cum ſervum, qvem Titius ſub pœna promiſerat, aliqvis avertit: tunc contra furem, ad probandum, *qvanti* actoris *interſit*, pœnæ documentum ſatis erit *l. 67 § 1. d. furt. Gabr. Catian. in Syntag. de eo qvod intereſt c. 14.* IV. Probatur *id qvod intereſt* per viros rei vel uſus, de cujus lucro ſ. æſtimatione qværitur, peritos *l. 1. d. vent inſpic Paul. d. Caſt. in l. 137. §. 2 dd. d. V. O. n. 5. l. 8. fin. regund.* veluti mercatores cum de lucri æſtimatione lis oritur, qvod ex mercatura fieri ſolet. V. & ultimò cum maxima decernendi in *eo, qvod intereſt*, judici ſit permiſſa poteſtas *l 15. §. 7. & 9. qvod vi aut clam.*, ideoq; prohibitum ipſi non eſt, ex conjecturis veram *ejus qvod intereſt*, æſtimationem deſumere, qvia & conjecturis veritas inveniri poteſt *l. 73. §. 3. d. leg. 3.* Qvod genus probationis etiam *Jur. Sax.* obſervatur, qvo damnum emergens vel lucrum cenſans ab iis, qvi petunt, per conjecturas aliqvas vel circumſtantias liqvitando ſummariè ſaltem probatur, atq; ſuper eo poſtmodum ſententiam moderatoriam judex fert. *Nov. Elect. Aug. p. 2, tit. 30.* ibi *Moll. n. 1. & 2.*

XL. Hæc de Forma modisq; æſtimandi & probandi *intereſſe*: progredimur ad Finem ejus, qvi ultimus in executione eſſe conſvevit, cum per reliqva acqviratur, licet ratione intentionis omnium debeat eſſe primus, ut illum primò appetamus, & poſtmodum media, qvibus ille conſeqvi poſſit, inqviramus vid. *Weſenb. ad tit. dd. d. J. & J.* in pr. Cauſa autem finalis velut anima ipſius diſpoſitionis *Nov. 22. c. 28. Gail. 1. Obs 5. n. 8.* diligenter eſt inſpicienda *l. f. dd. d. Teſt. Tut. l. 39. dd. d. furt.* deſignat ſiqvidem qvalis res ſit cenſenda *d. N. 22. c. 28. c. 6. in fin. Extr. d. frigid.* bona an verò mala. Si finis rei eſt bonus etiam bona ut res ſit, neceſſe eſt, modò accedant media etiam licita *cap. fraternit. in fin. Exr. d. frigid. Gail. 1. obſ. 10. n. 6.*

XLI. Finis autem *Intereſſe* eſt, ut præſtetur, qvo conſervari inter homines Societas Civilis, atq; adeo ſalus publica obtineri

neri ac promoveri poſſit, qvæ reqvirit, ne alter cum detrimento ac injuria alterius fiat locupletior. Magnam enim inter mortales natura introduxit indigentiam, ad qvam explendam & ſufficientiam bonorum conſtituendam Civitates primitus coaluiſſe tralatitium eſt: ut ita conjunctis viribus, qvæ ab uno expleri non poteſt, ſublevaretur indigentia. Ut adeò appareat, finem Civitatis eſſe bonorum ſufficientiam *Ariſt. lib. 1. Pol. c. 2.* Hæc tamen aliter planè obtineri non poteſt, niſi accedant præter naturales ſive originarios modos adqvirendi, variæ permutationes, & hodie poſt nummum inventum varia contractuum genera. Nulla autem permutatio, niſi ſit æqvalitas: aſt ſane æqvalitas non eſt, qvando alter cùm alterius damno ac injuria inſtrumenta vitæ aufert, ad ſe rapit, perdit, vel alio qvocunqve modo dolosè circa ea verſatur. Qvicqvid igitur indigentiæ expletionem impedit, h. e. illa negotia, qvibus indigentia ſublevatur reddit inæqvalia, illud Civitates evertit: locupletari verò cum alterius damno & injuria tale qvid eſſe, ex præmiſſis conſtat, qvare per illud Civitates evertentur, qvibus everſis neq; Reſp. ſalvæ eſſe poſſunt; ſi hoc, contrarium ejus ad conſervandam inter homines Societatem Civilem, & promovendam ſalutem tam publicam qvam privatorum maximè neceſſarium erit, qvod eſt *Intereſſe* cujuslibet præſtatio.

XLII. Hactenus ſpectavimus *id qvod intereſt* in ſuis Cauſis: nunc pergimus ad Effectum *ejus*, qvi duplex eſt, vel *primus* vel à primo *ortus*. *Primus* vel perſonam ſpectat Debitoris vel Creditoris, ſ. Rei & Actoris. Reſpectu illius effectus conſiſtit in ipſa obligatione, qvâ Creditori ſ. Actori ad præſtandum id obſtringitur Reus: reſpectu verò perſonæ agentis effectus conſiſtit in eo, qvod ipſi ea ipſa adqviratur obligatio & facultas conſeqvendi *id qvod ſua inter eſt*, damnum datum vel lucrum interceptum à reo ipſi non eſſe.

XLIII. Ab effectu primo aditum facimus ad *ortum*; qvi conſiſtit in Remediis, qvibus *id qvod intereſt* perſeqvi poteſt. Magna autem hic noſtrorum eſt concertatio, utrum illud peti poſſit, jure actionis, an verò deducatur in condemnationem per judicis officium tantùm? poſterius affirmare videtur inter alios *Tr.*

 d. diſp.

d. diſp. 23. th. 4. lit.H. qvem tamen refutat *Bachov. ibid.* Qvicqvid ſit nos illorum ſeqvimur ſententiam, qvi jure actionis id venire autumant ſive partium conventione (qvæ tamen accidentalis conventio non conſtituit protinus certam *ejus qvod inter eſt* ſpeciem, neq; addit pœnam obligationi. Illa enim certa eſt §. *ult. J. d. Stip. l. ult. dd. d. præt. ſtipulat.* ſed hoc tamen operatur ut ipsô jure actionis peti posſit) vel ipſo jure deducatur in obligationem, vel in locum ejus, qvod petitur, principaliter ſubrogetur. Similiter & in caſibus incertis: Exceptis caſibus certis, in qvibus & debitum principale & acceſſoria damna ſimul petuntur, ubi, ſi in obligatione principali nulla horum facta mentio, *intereſſe* judicis officio debetur.

XLIV. Sed cum *intereſſe* hoc qvod hactenus conſideravimus, per univerſum jus ſparſum atq; diffuſum ſit, uti ſupra oſtendimus, non immeritò ſubdubitant Dd. aliqvam certam præſcribere actionis formulam, qvâ petere id debeat Actor: qvi propterea pro ratione Contractus ipſe videat, ex qva demum actione ſibi agendum ſit, ne per exceptionem inepti libelli cauſa cadat.

XLV. Hîc autem non incommodè ſubnectere placet qvæſtionem nobilem, an ſolutâ ſc. ſorte, vel aliàs reſtitutâ re principali, creditori ſ. Actori ſalva *ejus qvod intereſt* petitio remaneat? de qva ut rectè judicare posſimus, merito cum *Jaſ. ad l. f. dd. d. eo qvod certo loco &c. n. 1.* diſtingvendum eſſe cenſemus, an *id qvod intereſt*, veniat jure obligationis & naturam principalis ſapiat? & tunc illud m. poſt ſolutionem ſortis peti poteſt, & an id ſolum officio judicii præſtandum: & hôc ultimô caſu, ſoluta ſorte ceſſat officium judicis *d. l. ult. l. 49. §. 2. d. A.E.V.* Ergo etiam *id qvod intereſt*, qvod ex officio judicis debetur, & creditor accipiendo ſortem *Intereſſe* remisſiſſe cenſetur *d. l. f. & Jas. ibid.* Qvod tamen non procedit ſi creditor ſolutionem ſortis proteſtando acceperit. Solet enim proteſtatio ſervare jus proteſtandis *l. 4. §. 1. qvib. mod. pign. vel hypoth. ſol. l. 20. §. 1. d. adqvir. hered. Carpz. p. 2. C. 30. def. 12.*

XLVI. Tandem ſupereſt, ut de Foro ſive judicio, in quo de *Intereſſe* agi posſit, deſpiciamus. Parum ſiquidem eſt jus noſſe *ejus quod intereſt*, niſi & ſciatur, quomodo, aut quo in loco illud obtineri posſit *arg. l. 2. dd. d. O. J.* Obtineri autem *Intereſſe*, quemadmodum jus aliud ſuum cuiq; tribuendum, in judiciis poteſt.

Qvorum

Quorum vigor ideo eſt in medio conſtitutus, ne quiſquam ſibi ipſi permittere valeat ultionem *l.14.C. d. judic.* Sed ut Judicis officio ſua cuncti jura gubernent contineantq; manum, ceu dicere ſolitus Imp. Frider. Barbar. Non ſiquidē eſt ſingulis concedendum quod per Magiſtratum publicè fieri debet, ne ſit occaſio majoris tumultus faciendi *l.176. dd.d. R. J.* Quare ſi quis putet ſibi competere jus, actionibus experiatur, ne ſibi ipſi id dixiſſe videatur contra *Tit. C. ne quis in ſua cauſa jud.* cum vis cenſeatur etiam adhibita, quoties quis id quod deberi ſibi putat, non per judicem repoſcit, ut jus crediti amittat, qui rem ullam debitoris non ſpontè datam absq; judice poſſidet temerè *l.13. dd. quod met. cauſa l. 7. C. unde vi.*

XLVII. Quâ in re Actori accurata & diligens eſt ad hibenda circumſpectio antequam Judicem adeat, ut competentem compellet, ne protinus in ipſo portu naufragium faciat. Etiamſi enim vel juſtiſſimam cauſam foveat, & merita cauſæ propoſuerit optimè atq; ſententiā deſuper impetraverit, niſi tamen competens adierit forum, actio redditur nulla *t.t. ſi à non compet. Jud. Vand. de nullit: proceſ. ſub tit. de ord. & mod. vid. proc. n.2.* Quod etiam in Camera, licet aliàs nullitates proceſſus, modò de meritis cauſæ conſtet, in illa regulariter non attendantur, obtinere tradunt, *Gail. obſ.42. Mynſ.5. obſ.93. ex Ord. Cam. p.3. tit.34.* ut non immerito forum competens baſis ac lapis angularis totius judicii dici poſſit.

XLVIII. Æſtimatur autem forum competens, tàm à parte Judicis qvàm à parte litigantium ex tribus, locô, Cauſis & perſonis. Qvi enim novit qvodnam territorium qviſq; Judex habet, cauſas item ejus Jdictioni aſſignatas, cum perſonis, etiam forum competens exploratum habet.

XLIX. Coronidis loco ſubnectere placet quædam de Affinitate quam cum *eo quod intereſt* habere videtur primò *Uſura* ſc. compenſatio ejus quod creditoris intereſt, uſu caruiſſe ſuæ pecuniæ, dum eá debitor uteretur. Hanc autem cognationem DD. ex eo colligunt, quod uſuræ, moribus præſertim hodiernis, non ut uſuræ; ſed ut *intereſſe* ſeu lucrum ceſſans, & publica lege taxatum petantur, *Corn. 2. conſil. 145. n.7. Rol: à Valle 2. conſ. 14. pr. Domin. Franciſ. ap. D.* Richter. *p. 2. variar. deciſ. 74. n.4. p. 91. ibi:*

Dieweill die Zinſen zu dieſer Zeit/ von den ausgelihenen Geldern Jährlichen / nicht eigentlich wie Zinſen/ ſondern als gebührliche Intereſſe dem Creditori gereichet werden: In dem der Creditor ſein ausgelihen Geld vor den beſtimbten Zahl Termin nicht abzufodern &c: Quod poſtulatum magnô pragmaticorum applauſu receptum eſſe teſtatur *Hagen. d. uſur. c. 5. n. 161. & ſeqq. Berlich. 2. concluſ. 38 n. 35. & ſeqq. Finckelthuſ. obſerv. 40. n. 16.* Præterea, quod paſſim receptum ſit, ut creditor omiſâ probatione *ejus quod intereſt* tanquam admodum difficili, quincunces uſuras petere poſſit, teſte *Colero p. 1. d. Proceſſ. execut. c. 10. n. 99. & ſeqq.* quod & placuiſſe Electori Sax. Auguſto, apparet *ex Ordin. Torg. d. A. 1583. tit.* Von Wucher und wunderlichen Contracten &c. §. als haben wir ſolche ihre Bitte &c. *verſ.* und es wolte ſich der Gläubiger viel liber mit 5. begnügen laſſen, dann wegen ſeines Intereſſe eines andern Beweiſſes an maſſen. Tandemq; in Imperio probatum ſit, *per Receſ. deputat: d. A. 1600. §. 60.* So viel nun. Verum *Intereſſe* & *uſuræ*, tum definitione tum cauſis, etiam num realiter, æquè ut nomine differre cognoſcuntur, ut alii uſuras, ut uſuras etiamnum hodie deberi & exigi rectius ſtatuant: *Wenſeb. in parat. d. uſur. n. 8. D. Carpz. lib. 4. reſponſ. 50. n. 3. Fransk. 2. reſol. 10. n. 81. & 82.* aliiq; quos adducit *D. Tabor. Tr. d. altero tanto uſur. p. 2. art. 13 §. 3.* Differunt enim uti dictum 1. Definitione: quia uſuræ ſunt acceſſio quantitatis propter ejus uſum præſtanda *Umm. diſp. 21. d. Proceſ. th. 5.* & eam tantùm acceſſionem rei principalis ſeu ſortis denotant, quæ perſe ſine contemplatione doli vel culpæ præſtanda eſt *conf. Cujac. in recit. Cod. de his qui à non dom. Intereſſe* autem neq; eſſe acceſſionem quantitatis neq; abſq; dolo & culpa alterius præſtandum venire fuſius ſupra oſtenſum fuit. 2. quod Uſuræ ſtatim à tempore Contractus debeantur: *Intereſſe* autem demum à tempore commiſſæ culpæ *l. 60. dd. pro Soc. Bachov. 2. diſp. Tr. 3. th. 1. Lit. D.* quod ad cauſam efficientem referri poteſt. Sed & illa 3. differentia, quæ ex materia peti poterat, ex dictis liquet. Nam *intereſſe* verſatur circa rem cujuscunq; generis, exceptâ eâ quæ in quantitate poſita eſt *l. 3. d. in lit. jur. l. ult. d. peric. & Comm. rei vend. Vult. lib. 1. Juriſpr. Rom. c. 44. n. 62.* & alii vid. *D. Tab. d. l. n. 4.* Uſura autem eſt ea commoditas & acceſſio, quæ propriè circa quantitatem

tatem verſatur, *Vult. d.l. n.67.* 4. Fine tandem aut Procatarcticâ cauſâ differe conſtat ex eo. quod acceſſiones aliæ petantur ob pecuniæ uſum aut dilationem ſolutionis, & hæ propriè ſunt uſuræ: Aliæ propter moram & damnum emergens, & hæ propriè *intereſſe* conſtituunt Neq; hanc differentiam ſublatàm eſſe per d. receſſum deputatorum uti nonnulli arbitrantur *v. Hen: WormelsKirchen. diſp: inaug. Argent. de eo quod intereſt. th.21.* oſtendit *D. Tab. alleg. loc.* §.5.

L. Magis autem adhuc alienum eſſe *intereſſe* â *pœna*, (quod valdè ejus affinem eſſe antumant etiam Dd. ex *l.40. dd. d. reb. cred.* ita ut interdum vix ſecerni invicem poſſint, quapropter etiam uno nomine venire nonnulli exiſtimant, ſed falsò, in *d. l. & l. 24. & l. 26 dd. Depoſ. l 29. §. 2. & 3 dd. d. ædil.. edict.*) inde liquet, quia pœna eſt certa, *id quod intereſt*, incertum, uti oſtenſum ſupra. Pœna etiam debetur etſi nihil interſit *l.38. §.7: dd. d. V.O. §. 19. J. Eod. Don. 26. Com. 18. Pac. Jſag. ad tit. dd. d. uſur. n.5. Gipban. in d. l. un. C & alii.* Et hæc de utiliſſima hac materia, non pro ejus dignitate ſed ingenii imbecillitate inſtitutiq; ratione dicta ſufficiant. Minus enucleatè excuſſis veniam impertietur, ſpero, candor benevoli Lectoris. DEO interim ſit Laus & GLORIA ſempiterna.

Auſpiciis pergas jam JURIS in arte ſecundis
Et carpes fructus ſic ſtudii innumeros

Gratulab. ſcribeb.

WERNER THEODORUS MARTINI D.
PP. & Jurid. Facult. p. t. Decan.

Legibus ut totus ſtudiisqvè vacaveris hocce
Indicat egregium ſpecimen ingenii.
Strenuus in doctam tentas deſcendere arenam,
Atqvè tuum doctis thema probare VIRIS.
En hinc lætitiamqvè tui laudemqvè parentes
Sument, ſi pulchrè curris in hacce via.
Hinc plaudunt omnes, ego gratulor ipſe, JEHOVA
Impleat atqve beet cœpta favore ſuo.

Paucula hæc benevolentiæ conteſtandæ cauſa cum apprecatione omnigenæ proſperitatis addere voluit

PRÆSES.

Ingeni

INgenii dotes Tua diſſertatio monſtrat
Qvamq; tibi cordi Juridicina ſiet.
Hinc precor ut pergas peragrare volumina juris
Sic tibi perſolvet ſumma bræbeia Themis.

In honorem clariſſimi atqve pereximii Domini Reſpondentis Amici ſui dilectiſſimi excandito ſcrib. animo

CHRISTIANUS HARTMANNUS LEDERERUS J.U.L.

Hæc una, credo, cura mortales tenet,
ut excitare ſplendidum diſcant lucrum.
Mercator, exul patriæ fiſus rate
curvâ, profunda qvæqve ſulcat æqvora,
ridens procellas, turbines ac grandines.
Eccui bono? reportet ut ſibi manu
vorace, qvicqvid Indiæ gignunt opum.
Qvid creditores? Debitoribus graves,
non erubeſcunt *Intereſſe* maximum
ab his doloſis poſtulare fraudibus.
His reſtitêre juſſa Legum, qvæ modum
et terminos exactioni præfigunt.
Hoc TU pagellis exhibes chartaceis,
et indices induſtriæ ſiſtis TUÆ.
Hem! perge, cinget Laureâ Themis caput.

FRANCISCUS WILKA Schweſer.

DUrch ſtete Müh' und unverrückten fleiß
Biſt du in Gunſt der hohen / Themis kommen:
Diß hat erlangt dein ſaurer Arbeits-Schweiß.
Treib rühmlich fort was du dir vorgenommen/
Laß Sorgen volle Müh/und Schweiß nur Spiele ſein
Aſtreens Lorber bringt es alles doppelt ein

Adam Friedrich Thoß von Erlbach *Eqv. Var.*

VIderat Albiacis nuper Themis alma ſub oris
Nonnullum egregias promere mentis opes:
Hujus Ego capiti dignam jam ſpecto coronam,
Hic mihi ſemper, ait, Natus amandus erit.

Paucis hiſce devinctiſſimæ ſuæ mentis erga Præeximium Dn. Reſpondentem edere voluit ſpecimen

Chriſtophorus Henricus Schweſer/Fr.

... Domini Reſpondentis
... ſcrib. animo
...S LEDERERUS J.U.L.

...m.

...t.
...CUS WILKA Schweſe.

...

... von Erlbach Eqv. Var.

... mentis erga Praeximium
... oluit ſpecimen
...ricus Schweſer/Fr.

Digitized by Google

INgenii dotes Tua diſſertatio monſtrat
Qvamq; tibi cordi Juridicina ſiet.
Hinc precor ut pergas peragrare volumina juris
Sic tibi perſolvet ſumma bræbeia Themis.

In honorem clariſſimi atqve pereximii Domini Reſpondentis
Amici ſui dilectiſſimi excandito ſcrib. animo
CHRISTIANUS HARTMANNUS LEDERERUS J.U.L.

HÆc una, credo, cura mortales tenet,
ut excitare ſplendidum diſcant lucrum.
Mercator, exul patriæ ſiſus rate
curvâ, profunda qvæqve ſulcat æqvora,
ridens procellas, turbines ac grandines.
Eccui bono? reportet ut ſibi manu
vorace, qvicqvid Indiæ gignunt opum.
Qvid creditores? Debitoribus graves,
non erubeſcunt *Intereſſe* maximum
ab his doloſis poſtulare fraudibus.
His reſtitêre juſſa Legum, qvæ modum
et terminos exactioni præfigunt.
Hoc TU pagellis exhibes chartaceis,
et indices induſtriæ ſiſtis TUÆ.
Hem! perge, cinget Laureâ Themis caput.

FRANCISCUS WILKA Schweſer.

DUrch ſtete Müh' und unverrückten fleiß
Biſt du in Gunſt der hohen / Themis kommen:
Diß hat erlangt dein ſaurer Arbeits-Schweiß.
Treib rühmlich fort was du dir vorgenommen/
Laß Sorgen volle Müh/und Schweiß nur Spiele ſein
Aſtreens Lorber bringt es alles doppelt ein

Adam Friedrich Thoß von Erlbach *Eqv. Var.*

VIderat Albiacis nuper Themis alma ſub oris
Nonnullum egregias promere mentis opes:
Hujus Ego capiti dignam jam ſpecto coronam,
Hic mihi ſemper, ait, Natus amandus erit.

Paucis hiſce devinctiſſimæ ſuæ mentis erga Praeximium
Dn. Reſpondentem edere voluit ſpecimen

Chriſtophorus Henricus Schweſer/Fr.

ſ Domini Reſpondentis
to ſcrib. animo
S LEDERERUS J.U.L.

m.

t.
CUS WILKA Schweſa.

in
von Erlbach Eqv.Var.

mentis erga Praeximium
oluit ſpecimen
ricus Schweſer/Fr.

Digitized by Google

INgenii dotes Tua diſſertatio monſtrat
Qvamq; tibi cordi Juridicina ſiet.
Hinc precor ut pergas peragrare volumina juris
Sic tibi perſolvet ſumma bræbeia Themis.

In honorem clariſſimi atqve pereximii Domini Reſpondentis Amici ſui dilectiſſimi excandito ſcrib. animo

CHRISTIANUS HARTMANNUS LEDERERUS J.U.L.

Hæc una, credo, cura mortales tenet,
ut excitare ſplendidum diſcant lucrum.
Mercator, exul patriæ fiſus rate.
curvâ, profunda qvæqve ſulcat æqvora,
ridens procellas, turbines ac grandines.
Eccui bono? reportet ut ſibi manu
vorace, qvicqvid Indiæ gignunt opum.
Qvid creditores? Debitoribus graves,
non erubeſcunt *Intereſſe* maximum
ab his doloſis poſtulare fraudibus.
His reſtitêre juſſa Legum, qvæ modum
et terminos exactioni præfigunt.
Hoc TU pagellis exhibes chartaceis,
et indices induſtriæ ſiſtis TUÆ.
Hem! perge, cinget Laureâ Themis caput.

FRANCISCUS WILKA Schweſer.

Durch ſtete Müh' und unverrückten fleiß
Biſt du in Gunſt der hohen / Themis kommen:
Diß hat erlangt dein ſaurer Arbeits-Schweiß.
Treib rühmlich fort was du dir vorgenommen/
Laß Sorgen volle Müh/und Schweiß nur Spiele ſeyn
Aſtreens Lorber bringt es alles doppelt ein

Adam Friedrich Thoß von Erlbach *Eqv.Var.*

VIderat Albiacis nuper Themis alma ſub oris
Nonnullum egregias promere mentis opes:
Hujus Ego capiti dignam jam ſpecto coronam,
Hic mihi ſemper, ait, Natus amandus erit.

Paucis hiſce devinctiſſimæ ſuæ mentis erga Praeximium Dn. Reſpondentem edere voluit ſpecimen

Chriſtophorus Henricus Schweſer/Fr.

ii Domini Reſpondentis
to ſcrib. animo
S LEDERERUS J.U.C.

am.

ut.
CUS WILKA Schweſer.

ſtin

ſ von Erlbach Eqv.Var.

a mentis erga Praeximium
Solvit ſpecimen
nricus Schweſer/Fr.

Digitized by Google

INgenii dotes Tua diſſertatio monſtrat
Qvamq; tibi cordi Juridicina ſiet.
Hinc precor ut pergas peragrare volumina juris
Sic tibi perſolvet ſumma bræbeia Themis.

In honorem clariſſimi atqve pereximii Domini Reſpondentis
Amici ſui dilectiſſimi excandito ſcrib. animo
CHRISTIANUS HARTMANNUS LEDERERUS J.U.L.

Hæc una, credo, cura mortales tenet,
ut excitare ſplendidum diſcant lucrum.
Mercator, exul patriæ fiſus rate.
curvâ, profunda qvæqve ſulcat æqvora,
ridens procellas, turbines ac grandines.
Eccui bono? reportet ut ſibi manu
vorace, qvicqvid Indiæ gignunt opum.
Qvid creditores? Debitoribus graves,
non erubeſcunt *Intereſſe* maximum
ab his doloſis poſtulare fraudibus.
His reſtitêre juſſa Legum, qvæ modum
et terminos exactioni præfigunt.
Hoc TU pagellis exhibes chartaceis,
et indices induſtriæ ſiſtis TUÆ.
Hem! perge, cinget Laureâ Themis caput.

FRANCISCUS WILKA Schweſer.

DUrch ſtete Müh' und unverrückten fleiß
Biſt du in Gunſt der hohen / Themis kommen:
Diß hat erlangt dein ſaurer Arbeits-Schweiß.
Treib rühmlich fort was du dir vorgenommen/
Laß Sorgen volle Müh/und Schweiß nur Spiele ſein
Aſtreens Lorber bringt es alles doppelt ein

Adam Friedrich Thoß von Erlbach *Eqv. Var.*

VIderat Albiacis nuper Themis alma ſub oris
Nonnullum egregias promere mentis opes:
Hujus Ego capiti dignam jam ſpecto coronam,
Hic mihi ſemper, ait, Natus amandus erit.

Paucis hiſce devinctiſſimæ ſuæ mentis erga Praeximium
Dn. Reſpondentem edere voluit ſpecimen

Chriſtophorus Henricus Schweſer/Fr.

ſſi Domini Reſpondentis
to ſcrib. animo
S LEDERERUS J.U.C.

am.

at.
CUS WILKA Schweſo.

ſtn

s von Erlbach Eqv.Var.

d mentis erga Praeximum
Solvit ſpecimen
nricus Schweſer/Fr.

Digitized by Google

INgenii dotes Tua diſſertatio monſtrat
Qvamq; tibi cordi Juridicina ſiet.
Hinc precor ut pergas peragrare volumina juris
Sic tibi perſolvet ſumma bræbeia Themis.

In honorem clariſſimi atqve pereximii Domini Reſpondentis Amici ſui dilectiſſimi excandito ſcrib. animo

CHRISTIANUS HARTMANNUS LEDERERUS J.U.L.

Hæc una, credo, cura mortales tenet,
ut excitare ſplendidum diſcant lucrum.
Mercator, exul patriæ fiſus rate.
curvâ, profunda qvæqve ſulcat æqvora,
ridens procellas, turbines ac grandines.
Eccui bono? reportet ut ſibi manu
vorace, qvicqvid Indiæ gignunt opum.
Qvid creditores? Debitoribus graves,
non erubeſcunt *Intereſſe* maximum
ab his doloſis poſtulare fraudibus.
His reſtitêre juſſa Legum, qvæ modum
et terminos exactioni præfigunt.
Hoc TU pagellis exhibes chartaceis,
et indices induſtriæ ſiſtis TUÆ.
Hem! perge, cinget Laureâ Themis caput.

FRANCISCUS WILKA Schweſer.

Durch ſtete Müh' und unverrückten fleiß
Biſt du in Gunſt der hohen / Themis kommen:
Diß hat erlangt dein ſaurer Arbeits-Schweiß.
Treib rühmlich fort was du dir vorgenommen/
Laß Sorgen volle Müh/und Schweiß nur Spiele ſein
Aſtreens Lorber bringt es alles doppelt ein

Adam Friedrich Thoß von Erlbach *Eqv. Var.*

VIderat Albiacis nuper Themis alma ſub oris
Nonnullum egregias promere mentis opes:
Hujus Ego capiti dignam jam ſpecto coronam,
Hic mihi ſemper, ait, Natus amandus erit.

Paucis hiſce devinctiſſimæ ſuæ mentis erga Præeximium Dn. Reſpondentem edere voluit ſpecimen

Chriſtophorus Henricus Schweſer/Fr.